Voluptati cedentes comedendo pinguia, in talium terra non eſt audita uox turturis.fo.166.col.iij.C.prin.
Vouent aliqui & non ſoluunt.ibidem.
Vox ſponſi dei ad animam ſibi deuotam loquentis, amor eius eſt.fo.165.col.j.b.
Vox turturis quæ ſit, & quando cœperit audiri.fol.166.col.iij.C.prin.
Vox diuina auribus animæ inſonans, primũ conturbat, terret, diiudicat, ſed continuo uiuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mundat.fo.92.col.j.me.Vultis.
Vocem domini nõ eſſe ſed noſtram cognoſcimus, ſi quæ noſtra ſunt, & nõ quæ Ieſu Chriſti quærimus.fo.101.co.ij.prin.Ecce dabit.
Voces ſuas affectus habet.fo.172.fo.col.ij.C.
Vſus facit uirtutes, non natura. Tum eſt autem abutendo facere uitia, aut bene utendo uirtutes.fo.257.col.j.me. Prorſus.
Vtile nobis eſt ut non euacuetur meritũ fidei ꝙ Chriſtus ſe ſubducat uiſui, dans locum uirtuti.fo.18.col.j.B.
Vtilitas uerbi dei.fo.92.col.j.me.Quanta.&.B.
Vtinam ſaperes & intelligeres cũ theſauro pecuniæ theſaurum iræ pariter cumulari.folio.286.colum.ij.princ. Nónne.
Vtinam ſaperent & intelligerent &c. Tria ibi nobis commendãtur.fo.44.col.iij.B.
Vtuntur multi male bonis eccleſiæ, fo.139.colum.j.prin. Timeant.
VVlnera Chriſti tutũ peccatoribus refugium præbent.fo.167.col.iiij.B.
Vulnera Chriſti foramina petræ.fo.167.colũ.iiij.me.Alius.
Vulnera ſua uideri uult Chriſtus tanquam dux bonus ſigna.fo168.co.j.C.
Vulnerum Chriſti meditatione nihil efficacius ad curanda conſcientiæ uulnera.fo.169.col.j.A.
Vulpes ſunt adulatores & detractores.fol.169.co.ij.A.Et eadem col.ii.Peſſima.
Vulpium tria genera, adulatores, detractores, ſeductores &c.fo.170.col.ij.D.
Vulpeculæ ſeu uulpes paruulæ dicuntur ſubtiles tẽtationes, quæ facile cognoſci nõ poſſunt, nec ideo caueri niſi à perfectis & exercitatis.fo.170.col.j.B.&.C.
Vulpes tentationes ſunt, tentationes uerò diuerſæ, pro temporis diuerſitate.fo.169.col.iiij.A.
ZEbedæi filij magna petentes minus acceperunt.fo.149.col.iiij.C.
Zelat deus apud etiam ſpiritus malos humanũ ſalutem.fo.133.col.iiij.C.
Zelaui ſuper iniquos.fo.139.col.j.prin.Zelaui.
Zelus indiſcretus reprehenditur.fo.135.col.j.B.
Zelus uini nomine deſignatur.fo.156.col.j.C.
Zelus ſine diſcretione importabilis eſt.fo.138.col.iiij.me. Facile.
Zelus dei ad animam ſibi dilectam, quãtus ſit.fo.161.col.iij.C.&.D.
Zelum immittere miſericordiæ eſt, zelum intendere iudicij.fo.174.col.ij.C.Et col.iij.B.
Zelo charitatis à deo immiſſus, ſignum eſt aduentus dei ad animam.fo.174.col.j.C.
Zelo feruentes eſſe debẽt animarum paſtores.fo.180.columna.iij.
Zelantes aliqui contra aliorum delicta tam impudenter quàm inaniter æſtuant, ſeipſos tam inſipienter quã inutiliter palpant.fo.3.col.ij.me. Alij tam.
Zelus pietatis ſuauiter ardet, & efficaciter expiat.fo.134. columna.ij.B.
Zelus iuſtitiæ amor dilecti in affectibus pietatis.fol.156. columna.j.C.
Zelus prælatorum qualis eſſe debeat.fo.138.col.iij.prin. Oportet.

¶Explicit tabula alphabetica perutilis & ampla ſuper opera beati Bernardi primi Claræuallis abbatis.

DEVOTI PATRIS DOMINI Gilberti abbatis de Hollandia in Anglia ordinis Ciſtercienſis Sermones ſuper Cantica canticorum, ab eo loco quo beatus Bernardus morte præuentus finierat, inſequendo de uicino eiuſdem Bernardi ſpiritum & ſtylum, Incipiunt feliciter.

Sermo Primus

VARII SVNT AMANtium affectus, quia caſus uarij: & ideo ſponſæ uerba aliquoties interrupta uidentur, ſicut ipſa dilecto ſuo uel ex uoto fruitur, uel præter uotũ fraudatur, nunc ut ſuper montes reuertatur inuitat, nunc in lectulo quærit elapſum. Quam aſsignabis conſequentiæ ſeriem? Quæ docebitur ordinis ratio? Non uidetur ratio, ſed interruptio. Vota amoris non uniformia. Ideo ſermo ſerie non tenetur. Affectus in amore loquitur, & uerba interrumpit: quia nec ipſe ſibi ſemper in uno ſtatu cohæret. Iure & ipſe ſponſus hinnulo comparatur ſic ſalliens, & ſic fugiens dilectam. Varietas hæc nec conſequentia nec ratione caret. Verba tam ſubitò commutata continuationem ſeruant, dum affectum ordini ſeruiunt. Videte iam quæ ſit in hac uarietate ſeries continuationis. Elapſus erat dilectæ ſuæ ſuper montes, quaſi hinnulus uagus & uolitans, & ipſa ad ſe relapſa de montibus illis in quibus mirabiliter illuminata erat, & illuſtrata uiſione dilecti. De montibus inquam, illis ad conuallem lachrymarum ad lectum doloris, relapſa ad lectum & ad noctem de montibus luminoſis. Quidni ſic recidat ipſa ubi ſic recedit dilectus ſuus? Ipſe enim ſponſæ
Pſal. 26. ſuæ ſalus & illuminatio. Ideo recedente ipſo, illa recidit ad lectulum infirmitatis, & ignorantiæ noctem. Iam uerſatur ſuper ſtratum infirmitatis ſuæ. Super hunc tamen ſtratum memoratur dilecti, & iam non in matutinis, ſed in nocte meditatur in ipſo, quærens quem diligit anima ſua. Non pigrè agit in hoc lecto ad quem relapſa eſt. Nõ laſciuit, non delectatur in lecto concupiſcẽtiæ, ſed magis reluctatur, memorata dilecti ſolius: non obnoxio infirmitati, ſed charitati. Sic interpretatur qui ſic uidetur. Ego tamẽ nõ hic accipio lectum doloris, niſi fortè doloris illius quẽ amor parturit de abſente ſponſo: deliciari uidetur uelle magis quàm ſanari, & amicum quæſiſſe, non medicum. Iuxta hunc ſenſum ſic continuare poteſtis. De montibus ſe raptim contulerat ad lectulum ſponſæ, ubi illa exercitata & deficiens libertate delectationis obdormiuit, exhauſta inter amplexus dilecti. Oblectata obdormiuit ſomnum dulcem, ſed expergefacta non inuenit illum hæc mulier deliciarum in manibus ſuis. Gaudia itaq; illa gaudia ineffa-
Cãti.3. bilia ſilentio tranſiens, in hanc tamen uocem erupit. In lectulo meo per noctes quæſiui quẽ diligit anima mea. Pro continuatione nunc iſta ſufficiant. B Iam uerba ſingula conſideremus. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. Dulce ſatis eſt te bone Ieſu quærere, dulcius tenere. In uno pius labor, in altero perfecta lætitia. Dulcis itaq; eſt attrectatio tui. Nam & ipſe tactus fru-
Matt.9. ctu non caret. Mulier illa euangelica felici furto attigit fimbriam Ieſu, & ſtatim ſtetit in illa fluxus ſanguinis, fluxus carnalis illecebræ, carnalis delectationis & curæ, & reſtricta & deſiccata ſunt quæ prius in illa fluida erant, & totũ hoc contigit ex contactu fimbriæ. Quid ſi caput ipſum
Pſal.45. amplexari contigiſſet? Non modo ſtaret & ex ſiccaretur ſanguinis fluxus, ſed emaneret impetus fluminis illius quod lætificat ciuitatem dei. Bonus ergo tactus, ſed attrectatio melior. In turba, in publico uix tãgitur Ieſus. Ideo ſponſa quæ non tantum tangere, ſed amplexari & attrectare uerbum uitæ deſiderat, deuitans publicum, ſecretũ elegit, ſecretum & lectuli & noctis. Bonum opus quærere Ieſum uel tenere, ſed opportunitas & loci & temporis huic adhibenda eſt operi, & q̃ maior & accõmodatior ad uſum amoris, quã lectuli & noctis opportunitas? Niſi quieta mẽte quæri nõ põt delectatio ſapiæ, nec intranquillus in illã aſpectꝰ dirigit. Nihil inquinatũ incurrit in illã, nec impacatũ qdẽ. Illa uerò in aĩm quietũ & purũ ultro icurrere ſolet, & gratis influere. In pace enĩ factꝰ eſt locꝰ eiꝰ, & habi- Pſal. 75.
tatio eius in Sion, hoc eſt in ſpeculatione. Pax ꝑponit q̃ſi ꝑparatio quædã ſpeculatiõis. Oculꝰ turbatꝰ uel ira uel cura, quò lucẽ illã inacceſsibilẽ intuebit, quæ niſi ſerenis nõ attingit mentibꝰ, nec illis tñ ſemp ad libitũ? C Quid inquies, paci ad lectulũ? multũ plane ſm hũc modũ, ꝙ ſicut lectulo, ſic in pace dormit & quieſcit. In pace, inqt, in id- Pſal.4.
ipm dormiã & requieſcam. Quidni libẽter requieſcat aĩa ſancta ubi locꝰ eſt dilecti? In pace enĩ locꝰ eiꝰ. Ideo hũc tibi locũ primo acqre, ut eo in quẽ diligit aĩa tua uel ad lapſum teneas, uel elapſum requiras. In lectulo enĩ & ſecreta quadã mẽtis quietè poteſt inueſtigari liberius, inueniri citius, & tutiꝰ teneri, fortè & diutiꝰ, ſi tñ põt diu morari in delicijs illis quæ ferè ſolẽt in ipſis intercidi principijs. Nã & hæc uelut inter ipſos elapſa amplexꝰ, & fugientes infeſtat delicias, dilectũ rurſus anxius q̃rit, & hoc in lectulo. Bñ collocaris ĩ lectulo, ſi ocio quodã ab occupationibus mẽs tua liberè feriat. Libertate & ocio qd accõmodatius ad uſum amoris? Et libertas illecebrã parit. In ocio & expedit affectꝰ, & nõ parũ impẽdit illi. Sic eſt. Quãto fuerit expeditior animꝰ, tãto qdẽ impẽſior erit in illud qd amat. Vſu euenit ut cũ fuerimꝰ ocio redditi, tũc ſentiamꝰ acriorem morſum amoris diuini. Ecõtra iſenſibilem penè reddit affectũ frequẽs cura mundi, & quaſi callũ quẽdã menti obducit. Animũ cura implicat, quies explicat. Explicita deſideria in quæ putas incrementa ſe dilatãt. Vides quãta bona contineantur in lectulo. Quies, libertas, illicebra. In lectulo enĩ qetis & uacuitatis uota magis inardeſcunt. Locus accõmodatus oblectamento charitatis ſponſam ad quærẽdũ urget ardẽtius. Illic enĩ ægrꝰ caret dilecto: ubi poterat uberius frui. In lectulo, inquit, meo, & per noctes. Quæ p noctes quærit, nõ uidet mihi tã aſpectꝰ quàm amplexus ſectari. Tenere magis optat quã intueri. Bona quidem uiſio eſt, ſed adhæſio arctior. Nã q adhæret deo, unus 2. Co. 7.
eſt ſpiritꝰ. Melior tñ utraq;. Nã cõiũctæ uiciſsim incremẽtis ſe cumulãt grãrũ. Vtrãq; ſi te apprehenſurũ non arbitraris, ſectare tu qd ſpõſa ſectat. Amplexus quære dilecti: ignorantiæ tuæ nox, imo noctes ignorãtiarũ tuarum lecenam tibi uiſionẽ adimit ſecretorum cæleſtiũ. Tu ſuauia ſequere. Quære ut ꝑſentias illa, ſi ſcire non potes. Nox non præſcribit delicijs, nam & ipſis aliquoties illuſtrat. Nox, inquit, illuminatio mea in delicijs meis. In delicijs ait, nõ in ſcientijs. Ita & tu noctẽ ſi nõ potes ſciẽtijs, pertenta illuminare delicijs. Quicqd hic uidemꝰ p ſpeculũ & in ænigmate, totum in nocte eſt. Et in hac nocte poteſt Ieſus meꝰ magis dulci quodam affectu ſuauiter ſentiri, quàm ſciri ad
purum. Ideo etſi nondũ ad contuitũ admittitur: contactũ Pſal.138.
tñ ſectat, dilectum in lectulo & p noctes quærens. Quid ſi ad inuẽtionẽ dilecti & nox opat? Coopat planè & accommodatè ſatis. Sicut in lectulo ſanctæ quietis accipis ociũ, ſic obliuionẽ quandã intellige in nocte. Vtrunq; ſapiæ &
cõtẽplatiõis negocia opportunitatẽ miniſtrat. Nec Salo- Eccl. 38.
mon uult te ſcribere ſapiam niſi in tpe ocij. Nec Paulus in Phili.3.
anteriora extẽdit, niſi prius corũ q̃ retro oblitus. D Mi- Hier.17.
raris ꝙ bona nox, & dies malꝰ eſt. Diẽ hoĩs, inqt, ꝓpheta, nõ cõcupiui. Neſcio quo pacto ſibi aduerſantur, & alterutro ſe obſcurant dies dñi, & dies hoĩs. Siqdẽ dũ alter exoritur, alter recõdit. Diẽ, inquit, hoĩs nõ cõcupiui, hoc eſt humanũ fauorẽ, hoĩm glĩam, & ĩter reliquos, imo præ reliqs expectabilis uideri. Rectè hãc diẽ ꝓpheta abiurat, quæ ꝑturbatiõis miniſtrat materiã. Melior ergo hæc nox die, ſiquidẽ nox à ꝑturbatione abſcondit, dies exponit. Deniq; primi parẽtes noſtri, ſtatim ut eorũ oculi in hãc aperti ſunt lucem, erubeſcentes cõfundebantur. Quãto felicius clauſa prius tenuere lumina, & meliori coopta nocte, peccati prurigineẽ neſcientes. Abinde ſumpſit hic malus dies originẽ, qui uitiorum denudauit ſemitas, illicientes ſpecies demonſtrauit, oculo cõcupiſcẽtiæ ſolicitantem ingeſ

ſit materiam. Heu me quomodo me circūfulget dies iſta,
quomodo affectū meū ad ſe abripuit, quàm claro uerſatur
lumine ante mētis oculos. Et quidē ſatis importunè pro-
cax ſimul & impudica. Nuſquā ferè declinandi, nuſquā de
liteſcendi copia. Nullæ ſatis tutæ ſunt latebræ. Ita ubiq;
erumpunt & emergūt in cogitatū cūcta quæ ſpiritum uel
turbent uel deturpent, ſiue diligenter attrectata, ſiue tacta
leuiter. Licet eñ animus caſtigatiore repellat illa propoſi
Eccl.13. to, ſolo tamē irruentiū cogitationū ſordidat̃ attactu. Qui
tetigerit picē inquinabitur ab illa. Deniq; ſm legis ſcita
quarundā rerū tenuis etiā inquinat attactus. Non impu-
tant̃ cum uiolenter importantur, culpā non inferūt tales
cogitatus, aliquam tamē iniuriā irrogant affectatæ mun-
diciæ. Quid cū ſe comtemplantis aīo corporeæ offendunt
imagines? Fortè carnalem appetitū non prouocāt, ſed tñ
ſpiritualē tardāt intuitū. Alia turbant, alia deturpant, alia
tardāt, hoc eſt lacerāt, aliciūt, illudūt. Nónne meliꝰ huiuſ-
modi omnia obſcurari, quàm illuſtrari: cæca obliuionis in
uolui caligine, quā memoriter recenſeri? Bona ergo nox
quæ prudenti obliuione diſſimulat omnia tēporalia ad il
lūq; ui æternus eſt quærendū, tēpus expediens, & explicās
occaſiones. Quæ mūdi cōcupiſcentiā abſcondit, curā, co-
gitatū. Hoc eſt eñ mūdū hīc abſconditū, uel mundo abſ-
Pſal.30. condi. Sic etiam abſcōdi poterimus in abſcondito faciei
tuæ dñe. Nō dico plena notione, ſed tñ tota deuotione, &
libera inueſtigatione, & aliquāta inuentione. Hāc abſcon
ſionē, hoc ſecretū, has latebras quibus mundani diei de-
clinamus uel amorē uel imaginationē, quibus humanum
diem aut ablatū non repetimus, aut oblatū reſpuimus, no
ctis nomine appellari nūc à ſponſa crediderim. Deniq; in
ſuperioribus dicit. Sub umbra eius quā deſideraueram ſe
Cant. 2. di, & fructus eiꝰ dulcis gutturi meo. Fructus iſte ſuauiter
paſcit, ſi tñ prius umbra protexerit. Bona umbra quæ car
nis prudentiam obſcurat, concupiſcentiam refrigerat. In
telligis quæ ſit umbra? inde tibi refulget occaſio quomo-
do & hic noctem intelligas, niſi ꝙ quædam occultiores la
tebræ & magis abditæ & accommodatæ magis ad inueſti
gationis & contēplationis uſum ſub noctis exprimuntur
quàm ſub umbræ uocabulo. In umbra, rerum uiſibilium
obliuionē aliquantā accipe. In nocte oīmodā. Quis mihi
dabit ſic aduesperaſcere? Quis inquā dabit mihi ut rerū
tēporaliū memoria, obliuionis huiꝰ uergat in ueſperam?
Bona quidem nox, quando imaginationes uanæ animum
nō uexant, nec uerſant̃ in eo, qñ abſconditæ ſunt ab ocu-
lis quærētis dilectū. Dilectio ipſa hāc noctē inducit, quæ
reliqua oīa nec reſpicit nec nota reputat, dū ad illum quē
diligit intēta ſuſpirat. Per noctes inquit. F Multæ ſunt
noctes eius, nec eſt una nox illi iugis & continua. Noctes
eius frequenter interpolant̃ abſentia ſponſi. Cū adeſt, lux
eſt, cū abeſt, nox eſt. Ideo multæ ſunt noctes ſponſæ, quia
multi ſunt elapſus ſpōſi. Multæ latebræ. Beata plenè quæ
dilecto adhæret tota die, & quærit illum totis noctibus.
Prouocent ſtudiū tuū q audis iſta, & inſtructus exemplo
Tren. 2. ſpōſæ, cōſurge & tu in nocte in pricipio uigiliarū tuarū,
& effunde cor tuum ut liquefiat & currat, & decurrat uſq;
in cōſpectū dei tui. Illi liba principia uigiliarum tuarum:
nihil in te peregrinæ curæ decerpāt. Quære per ſingulas
noctes dilectū tuum. Quid dico p ſingulas? Totas noctes
in hoc opus cōtinua. Ne ceſſes & ne quieſcas, donec egre
diatur ut ſplendor dilectus tuus, & ut lampas accendatur
Ro.13. tibi, tūc poteris illud Pauli dicere. Nox præceſſit, dies au
tem appropinquauit. Nam quod ſequit̃: abijciamus ope-
ra tenebrarū, huic non poteſt nocti adaptari Neſcit enim
hæc nox opa tenebrarū, ſed magis lucē miniſtrat his q per
manēt in agone quodā quærendi dilectū. Bona qdē nox
qñ abſconderis à cōturbatione & ab incurſione imagina
tionum. Et quauis nondum abſconderis in abſcondito fa
ciei dilecti tui, bonum tñ eſt ut abſcondatur tibi facies, &
pompa inanium & carnaliū cogitationū. Nox eſt ut illas
non attēdas, nō uideas: ſed tñ in hac nocte non extinguet̃
lucerna tua, ut dilectū quæras. Vtinā ego tales mihi poſ
ſim noctes numerare tam latebroſas, & tam luminoſas. Et
quis noſtrū gloriabit̃ oēs ſe tales noctes habere? Quiſqs
eſt, felix eſt, cui oēs noctes in uſum talem decurrūt, qui in
occulto ſuo nihil agit occultatione dignum. Vnuſquiſq;
ſuam conueniat cōſcientiam. Quid enim mihi aliorū per-
cutere cōſcientiā infirmā? Nō pcutio nec diſcutio quidē:
etſi infirma eſt, fœda ſaltem non ſit. Non agat in occulto,
non cogitet quidē quæ turpe eſt & dicere. Ad tale ſtratū
Ieſus declinare non nouit. Offendit illum & fugat confu-
ſa conſcientia. Confuſio cōſciæ non inuitat illum: ſed ma-
gis euitat. Charitas aūt de corde puro & cōſcientia bona, Timo.1.
ipſa eſt q q̄rit. Sic enim habes. Quæſiui quē diligit anima Canti.3.
mea. Nil bona tutiꝰ cōſcia. Bona cōſcia audet, & charitas
ardet. Illa non formidat, iſta inflammat. Illa pro delicto
non confunditur, iſta confidit ſuper dilecto. Magna uis
amoris. Alieno non nitit̃ ſuffragio, proprijs cōtenta meri-
tis, ſemper amari ſe præſumit, quæ amare ſe ſentit. Deniq;
non reſpectis alijs maieſtatis noībus, ſolum ſponſa dilectū
memorat, quæ ſingulariter intus tolerat æſtū amoris. G
Hoc autē attendēdū quàm frequēter dilecti recēſet uoca-
bulum quocunq; ex myſterio dilectus meus candidus, & Canti.5.
rubicundus, & talis eſt dilectus meus, & in præſenti quē Eiuſd.3.
diligit anima mea. Magna certè ſermonis huius gratia.
Nec mirum ſi frequētat̃ in ore quod in corde feruet. Ideo
anima commemorat. Non enim uerbo tñ diligit, ſed uo-
to: nec ſolo actu, ſed magis affectu. Quid uerò ſibi uult ꝙ
aīam non ſpiritum dicit? forte quia dilecto quem adhuc 1.Cor.6.
quærebat, nondum adhærebat. Qui enim adhæret deo,
unus eſt ſpiritus. Et quidem nuſquam in toto hoc cātico
ſpm̄ nominat Sed aīa mea liquefacta eſt, & anima mea con Canti.3.
turbauit me: & hoc ipſum frequēter: quem diligit anima
mea. Id quoq; ferè nuſquā niſi cùm abſentem quærit, uel
adeſſe queritur. Solent his nominibus gradus quidam di
ſtingui animæ perfectioris, & minus perfectæ. Apoſtolus
dicit: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus 1.Cor.2.
dei. Ego animam hanc ita amantē & æſtuantē, feruentem
& quærentem nunquam non ſpiritualē dixerim. Quippe
quæ licet nondū plena uiſione, uoto tñ propēſiore illi ad
hærebat quem uehementer diligebat. Poſſumus aūt non
inconuenienter ſicut in ſpiritu ſubtilem & attenuatū in-
tellectum, ſic in aīa ſuauem & tenerū affectū accipere. Per
prophetā in pmiſſiōe dñs dicit: Dabo uobis cor carneū. Ezec.11.
Si ergo carnis nomē in bono alicubi accipit̃, cur non ma-
gis aīæ? Ego btām hanc aīam (ut licēter loquar) nō lapi-
deam, ſed carneam magis iudicauerim, & nihil habentem
in ſe rigoris uel duritiæ, ſed mollem, teneram, tractabilē,
& ſenſibilē ad ſingulos diuini uerbi aculeos. Deniq; q̄ſi
dicat, neq; caro mea ænea eſt, ſed quā ſpūalis pertranſeat
gladius, & charitate ſe uulneratā gaudeat. Iure ergo aīam
ſuā diligere dicit, exprimere uolens intimā quādā & uiui-
dam & aīatam affectionē erga dilectum ſuum Ieſum Xp̄m
dominum, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo II.

SVper hoſterno capitulo hodiernū uobis iſtau-
ramus conuiuiū. Nec enim ibi cūcta dicta ſunt
quæ dicenda occurrūt. Quædā uerò nec tacta
qdē ſunt. Illa hoc ſermone diſcutienda ſuſcipi-
mus, id eſt cur dicat in lectulo, & non in lecto. Et cur in le-
ctulo meo. Nam alibi lectulum noſtrum dicere conſueuit.
Hæc reputate uobis in ſortē. Si qd aūt nouæ diſputatiōis
ſup his q iā diſcuſſa ſunt adiecero, in lucri rationē (ut ſic
dicā) referte. Quid putatis myſterij ſignat hoc ipſum qd̓
dicit in lectulo? laudis ne aliquid occultè cōtinet, aut ſug
gillatiōis? Etſi utrūq; pōt, libentius tñ hic laudē accipio:
& ideo primitꝰ in hūc ſenſum iflectamꝰ ſermonē. Ego pla
nè in hoc uerbo coarctationē quādā intelligo, ut ſoli ſecū
dilecto ſufficiat. Cur eñ nō in bono coarctatio accipit̃, ſi
ſtrati dilatatio in opprobriū uertit̃? Dilataſti (inquit dñs Eſa.57.
per prophetā) ſtratū tuum, iuxta me ſuſcepiſti adulterum.
Vides quomodo obiurgādo & exprobrādo ſtrati dilata-
tio obijcit̃ animæ adulteræ. Bonum eſt ergo non dilatare,
ſed magis

ſed magis cōtrahere ſtratū cogitatiōis, & cordis lectulū.
Ideo ſponſa iure ſibi applaudit de lectulo. Coanguſtatū
Eſai.28. eſt (inquit ppheta) ſtratū, ut aliter decidat, & pallium bre
ue utrunq; operire non poteſt. Vtrunque, id eſt uirum &
adulterū. Breue enim & anguſtum eſt cor hominis ad cō-
cipiendas dei uerbi delicias, etiam cùm in illas totū extē-
ditur. Quō non multo breuius ſi fuerit ad alia diſtentum?
Sufficiat dilecto tuo uel breuitas iſta. Noli illā magis bre
uiare, lectulum communicando alteri. Bona quidem hæc
breuitas lectuli quæ neſcit niſi dilectū ſuū, id eſt Chriſtū
ſuſcipere. Eſt enim breuitas quæ non niſi illum ſuſcipere
nouit, & eſt breuitas quæ illū plenè ſuſcipere nequit. Illa
charitatis eſt & diſciplinæ, hæc uerò infirmitatis & natu-
ræ. Vtraq; breuitas intelligi poteſt in lectulo, uel qua cum
dilecto plures non ſuſcipit, uel qua nec illum plenè. Ma-
gna certè uoluptas lectuli, ſed magna breuitas, & ideo be
ne lectulus magis quàm lectus dicitur. B Delectabilis
Prou.15. lectulus eſt, de quo legis in prouerbijs. Secura mens quaſi
iuge conuiuium. Foris nox, foris turbatio, ſed tranquilli
tas intus quaſi quietis lectulus quidam. Non eſt hic illud
lamentabile dicere. Foris interficit gladius, & domi, mors
Ro.12. ſimilis eſt. Imo ſi foris gladius eſt, intus gaudium. Spe, in-
quit gaudentes, in tribulatione patientes. Ad noctem tri
bulatio refertur, ad lectulum ſpes & gaudium. Fortè pro-
pter hoc non lectum ſed lectulum appellat, parco uocabu-
lo, quoniā totū gaudiū noſtrū ferè in ſpe eſt adhuc & ex
Eſai.57. pte. Bonus ergo lectulū cōſciæ quies & mūditia. Cor im
pij quaſi mare feruens, qd̓ quieſcere nō poteſt, ſed redun-
dant fluctus in conculcationē & lutū. Eſt ergo cor impij
turbulentum & tabidum, lutoſum, & ſecum ſemper collu-
Ibidem ctans. Siquidē non eſt pax impijs. Regnū uerò dei iuſtitia
Ro.14. eſt & pax. In pace, inquit, in idipſum dormiam & requie-
Pſal.4. ſcam, quoniam tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.
Vtrunq; complectitur ſpei nomen & lectulum & gaudiū,
quia in ſpe gaudemꝰ, & in ſpe reqeſcimus. Sed unde ſpes
niſi de ſecuritate conſcientiæ? Iure lectulum dixerim mē-
tem ſecuram & liberam. Securam propter conſcientiæ bo
num. Liberā aūt à tentatione. Liberam ab exteriore occu-
patione. Liberam à leui cogitatiōe. Quanta tamen eſſe po
teſt in hoc corpore quies & libertas mētis? Breuis & exi-
gua, & lectulo ſimilis anguſto. Multum inde decerpit reſi
ciendi neceſſitas corporis, multū conquirendi quæ neceſ
ſaria ſunt cura, multū cōſumēdi hora, multū aīæ caſus im-
minens, multū cauſa latēs. Glīa nr̄a hæc eſt (inqt Paulus)
2. Cor.1. teſtimoniū cōſciæ nr̄æ. Suaui certè ſe collocarat in lectu-
lo. Nihil ait, mihi conſcius ſum. Sed quātum illum dilatat
1.Cor.4. & extēdit, magis iſtum arctat & contrahit: ſed in hoc, in-
quit, iuſtificatus non ſum. Qui autē iudicat me dominus
Ibidem eſt. Vides quō Paulus audet & dicit. Cor noſtrū dilatatū
eſt. Vides qūo gloriam & teſtimonium conſcientiæ, diui-
næ coarctat reſpectus ſententiæ. Bene ergo lectulus meus
ſecura, ſed minimè ſuperba, quieta nō elata, bona de ſe ſen
tiens, ſed alta non ſapiens, magis autem ſuſpectam ſemper
habēs incerti noctem iudicij. In lectulo, inquit, p noctes.
C Multæ noctes, ſed unus lectulus. Multæ eñ tribulatio
Pſal.33. nes iuſtorum, ſed tñ quaſi non ſentientes, nec reſpiciētes
uno dormiunt & requieſcunt in lectulo. In ea in qua uo-
cati ſumus una ſpe uocatiōis noſtræ. Tranſit nox & nox,
ſed illi non deſerunt tranquillitatis ſuæ lectulum, donec
tota tranſeat iniquitas. Multæ noctes, & altæ tenebræ, ſed
tñ ab altitudine noctis non timēt nec turbant̃: qa ſperant
in dño: nō timēt à noctibus, qui in huius ſpei lectulo quie
ſcūt. Nam & ipſe nouit dare carmina in nocte tribulatio-
Pſal.41. nis: & in nocte mandat cāticum eius. Accepiſtis quare ſpō
ſa dicit noctes, & quare plures: quare lectulꝰ dicat̃, & qua
re unꝰ. Nūc accipite quare dicat ſpōſa, in meo. In lectulo
ſuo & quaſi ſingulariter ſuo eſt, quādiu ſingulariter ī ſpe
eſt. Cùm uerò ad ſpem res acceſſerit, uel magis ſucceſſerit
ſpei, cum iam ex parte tenuerit dilectum, non iam ſuus eſt
hic lectulus ſpōſæ, ſed magis cōis ſpōſi & ſpōſæ, Suus eſt
cū quaſi ſola ſine dilecto qeſcit. Cōis eſt cū ipſe adeſt. Suꝰ
eſt ſponſæ cū quietatis & pacatis & cōpoſitis moribus in
tra ſe collecta qeſcit. Cōis eſt cū iam incipit oblectari ſpō-
ſo. Fortè eſt & aliqs proprius ſponſi, qñ ſui oblita penitꝰ,
& ſe exuta tota tranſit in ipſum, & quaſi induitur ipſo di
lecta ipſius. In lectulo ſuo nec effluit extra ſe, nec turbatur
in ſe. In lectulo cōi affluūt illi deliciæ quædā de præſentia
ſponſi. In illo q ſolus eſt, ſponſi amoris exagitata incendio
ebullit & excreſcit effuſa & effluens. Tota transfundit̃ in
ipſum, & in ſimilē abſorbet̃ qualitatem. In primo penes ſe
eſt, in ſecundo penes illā ſponſus. In tertio penitus eſt ipā
penes ipſum, etſi dici poteſt, nō eſt niſi ipſe. In primo quæ
rit, in ſecundo adhæret, in tertio unit̃ illi. In primo trāqli-
litatē propriā poſsidet, in ſcd̓o quādā meret̃ cōitatē cum
dilecto, in tertio aſſumit̃ & abſorbet̃ in quandam charita-
tis & gr̄æ unitatē. Melior hic lectulus tertius quàm ſecun
dus, quanto expreſsior eſt unitas quàm communitas. Bo-
nus tamen primus per quem ad iſtos paratur acceſſus. D
Quòd ſi ad carnalis īfirmitatis illecebras lectuli ſenſum de
flectere uelis, nec erras, nec laboras ſic aſsignando. Solius
enim ſponſæ ſub hoc intellectu lectulus eſt, nec communi-
catur ſponſo. Nam etſi nouimus Chriſtum ſm carnem, ſm
carnis concupiſcētiam tamen non nouimus. Communis
quidem carnis natura, ſed non eſt communis illi carnis il-
lecebra. Non refutauit lectum doloris noſtri, ſed non ſe re
clinanit uſq; ad ſenſum delectationis noſtræ. Ideo cū iſtū
deſignat, in lectulo meo dicit, non communiter in noſtro.
Alibi ſiquidē legitur. Lectulus noſter floridus. Qui com- Cāti.1.
munis eſt, floridus eſt, uetuſtatis nil habēs, nil corruptio-
nis. Quando uerò proprium ſuum lectulum dicit, nulla
ibi fit mentio floris. Suus ſponſæ hic eſt. ſed inſuauis eſt,
non floridus, ſed horridus illi uidetur. Dura ſatis condi-
tio ſi uel ſola corruptio foret, nunc uerò ad infirmitatem
accedit aduerſitas, duplicatum incommodum, lectulus &
nox, infirmitas & aduerſitas. Sed magna uis amoris, quē
neutra compeſcit, nec illa innata, nec iſta illata. Non enim
lectulo tenetur, uel terretur nocte, ſed in lectulo ſuo & per
noctes quærit quem diligit anima eiꝰ. Clauſtralium uide
tur uox iſta, maximè fratrum qui & quieti à ſolicitudine,
& quaſi perditi & abſconditi ſunt in multitudine, haben
tes in altero lectulum, in altero noctis obſcurum. Quodā-
modo enim abſconditur cuiuslibet quamlibet excelſa cō
uerſatio, ubi in æqualē altitudinē tota ſe fratrum numero Eſai.50.
ſitas attollit, iuxta illam de ſaluatore prophetiam. Ambu-
lant in tenebris, & non eſt eis lumen, ſed humanæ laudis
lumen, ut liberius ſperent in nomine domini, & innitant̃
ſuper dñm ſuum. Quorum abſconditus eſt uultus eorum.
Vnde nec reputauimus eos, imo qui ſeipſos intus non re-
putant, qui ſe mundi ad uſus foris non aptant, qui nec ho
minum ab ore gloriā exoptant, ſed illam quæ ex ſolo deo
eſt: iuxta qd̓ legit̃. Ego glīam meam non quæro. Et q glo Ioan. 8.
riatur, in dño glorietur, hoc eſt, non pro donis dñi in ho- 2.Co.10
minum fauore quieſcat: nec finis huius admixtione, ſpiri-
tualis gloriæ adulteret in aliquo gaudia, ſed illi referat
gratiam, & quærat in illo gloriam: hoc eſt enim ipm̄ quæ-
rere. Habet iſte in tranquillitate lectulū, in humilitate no-
ctem. Non illum mordaces curæ circumuolāt, inquietudi-
num nō exaſperant iniuriæ, ſed totum lectulus & nox, to
tum pax & quies, & latebræ. E Nunqd ſatis eſt? Fortaſ- Eccl.5.
ſis ſatis, ſed laboranti, non ſatis amanti. Dulcis eñ laborā
ti ſomnus, amantis anxietas illum dormire non ſinit, ſom-
nolentiam excutit, uigilias inducit. Amor de quiete ipſa
inquietior reddit̃. Quieſcit tentatio, quieſcit occupatio,
quieſcit afflictio, ſed quieſcere dilectio neſcit. Tunc magis
uires exercet dulce incendium, & flamma uorax de latibu
lis euadēs uacuo liberius euagatur in animo, altius poſsi-
dens, & auidius depaſcens. Occaſione accepta ſuum ne-
ſcit amor non exerceri negociū. Semper enim quē amat,
uel præſente eo ſe oblectat, uel abſentem deſiderat. In die, Pſal.76.
inquit, tribulationis meæ deum exquiſiui manibus meis.
Longè differentior quærendi ratio nunc à ſponſa propo-
nitur, Illam non impellit afflictio: ſed trahit affectio. Ille

in pſalmo quærit aduerſus tribulationem, iſta ad amoris
uſum & oblectationē. Ad hoc eñ refert, & quietis lectulū,
& noctis latibulū: ut quē diligit, & inconcuſſe recolat, &
ſyncerè ſapiat, & dulciter ſentiat. Ergo multo potior in di
ligente quàm in indigente quærendi ratio, quamuis iu
re dici poſsit ꝙ ſancta quadā ſemp eget amor auaritia. Sē
per enim ad ſecretiora exæſtuat, & quæ tenet nō reputās,
uolubili ſe raptat in anteriora rotatu, & uitalis inſtar rotæ
ſpūali leuitate ad ſuperiora toto conatu attollit, de terra
uix paululū aliquid attingens. Deniq; in Paulo nondū ſe
comprehēdiſſe arbitratur, ſed ipſe ad interiora extenſus,
quaſi rationalis rota ſequitur quo illum rapit ſpiritus fer
Eccl. 18. uentis deſiderij. Siquidē & cū cōſummauerit homo tunc
incipiet. In præſenti quoq; ſpōſa dū tenet lectulū nō hoc
cōtenta, ardētius quærit dilectū, Ille illi lectulus, ille dile
ctus. Lectulus dum infirmā & fatigatā ſuſcepit, dilectus dū
inflāmat & ſuccēdit. Lectulus & dilectus quia quieſcit in
illo, & concupiſcit & deficit in ipſum. F Miraris ꝙ di
co lectulum? Audebo & adijciam uilius aliquid: imo ſub
blimius ſuper omnem gloriam laudis eius. Quanto enim
pro me egit uiliora, tanto bonitatis ſuæ dedit indicia ma
iora. Ipſe paruulis lectulus, ipſe pullis eſt nidulus. Etenim
Pſal. 83. paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ubi ponat pul
los ſuos. Vis audire qualis lectulus? Iacta cogitatus tuos
implumes adhuc eſt infimos in domino, & ipſe te enutriet
donec formetur & firmetur Xp̄s in te, & occurras in uirū
perfectum qui fluctuare nō poſsit. Bene ergo lectulus, qui
mihi factus eſt à deo iuſtitia & pax, & redemptio, & ſapien
tia. Quis dabit mihi talli collocari in lectulo? Quis, inquā
dabit mihi iſtos puluillos, & ceruicalia huiuſcemodi aſſui
ſub cubito & capite meo? Felix ceruical, quod ſibi ſpōſa
Cāti. 2. ſupponit. Leua eius ſub capiti meo, & dextera illiꝰ ample
xabitur me. Alterum iam poſsidet, alterum ſibi pollicet.
Pſal. 15. Leuā tenet, ſed dexterā quærit. Delectationes eñ in dexte
ra tua uſq; in finem. Quaſi de lectulo tēdit ad lectulū. Sua
uiſsimū mihi ceruical bone Ieſu ſpinea illa capitis tui co
rona. Dulcis lectulus illud crucis tuæ lignum. In hoc ego
naſcor & nutrior, creor & recreor, & ſuper paſsionis tuæ
altaria memoriæ mihi nidum libenter recolloco. Quòd ſi
maiora dat & arcaniora perſentire diuinæ maieſtatis my
ſteria, nihil illud à lectulo & nocte differt, ſi quis ad futurā
cōtéplet plenitudinē, non formulā perfectionis humanæ.
Iaco. 1. Nam & perfectius noſtrum imperfectum eſt, & (ut uerius
Rom. 8. dicam) uix adhuc inchoatū. Propterea initiū aliquod di
cimur creaturæ dei, & tm̄ primitias accipiſſe ſpiritus. Te
merarius forſitā uidear, qui conor inexperta exponere, &
de ſpōſæ lectulo, quæ illum ſuauius forſan & ſecretius col
locauit, quàm coniectura noſtra poſsit attingere. Quapro
pter de myſterijs ad mores deſcendamus, & dicamus hoc
eſſe dilectum in lectulo & per noctes quærere, cū poſt cor
dis ſtrepitum, & carnis motum quieti & præſentium obli
ti, primitias quaſdam futuræ dulcedinis captamus deli
cias. Habes ergo (ut breuiter colligam) in hoc capitulo
occaſionem, actum, & cauſam. In diligente cauſa, actus in
quærēte, opportunitas uerò & occaſio in lectulo & nocte
innuit. Breue aūt capitulū, qm̄ bonꝰ lectulus, in quo ſuſci
pit mens fatigata fomentū, imo feruēs incendium, in quo
amor dum offendiculum non habet, deſiderij uſum exer
cet ardentius. Sed iam nos hic paululum quieſcamus, &
in illo utinā lectulo in quo ſponſa dum quieuit dilectum
quæſiuit, ut experientiæ ſenſu in nobiſipſis ediſcere poſsi
mus qđ nunc alios docere conamur, quàm dulce ſit ī hoc
lectulo qeſcere, & dilectū quærere Ieſum Xp̄m dn̄m nr̄m.

Sermo. III.

Canti. 3. NOn ſolet ſponſus ſemp uel pro tpe uel pro quā
titate aīæ ſe quærentis uoto r̄ndere. Quæſiui,
inquit, & non inueni illum. Gratū certè uerbū
q̄ſiui, ſed nō īueni illū, grauè. Quidni graue &
intolerabile ſic quærēti & ſic amanti? Nemo eñ eo qđ ar
denter querit, non anxiè caret, tātoq; cumulatiore angu
ſtia, ſi uicina ſpe iam iamq; apprehenſura fraudat. Quan
to magis illa quā expertæ & perditæ internæ dulcedinis
prouocat eſuries? Credibile eſt ſm multitudinem retracta
re & reuolutæ in corde ducedinis, acriori ad quærendum
ictu euerberari animum amantis. Denique ad dilectionis
menſuram non inuenientis pēdatur affectus. Si quis in ſe
unquā talē expertus eſt uel dilectōis uel deſiderij ſenſum,
ꝓprijæſtimare pōt cōiectura exempli quàm querulo ſpon
ſa corde protulerit, non inueni illum. Nuſquam cōſolatio
nuſquā refrigeriū, ſed ubiq; tribulationē & dolorem inue
ni, dum illum quem ardenter diligo & inſtāter quæro, nō
inueni illum. Deniq; poſuiſti me, nō dico tibi cōtrariam,
ſed à te quaſi extrneam, & facta ſum mihimetipſi grauis. Iob. 7.
Grauis planè quā tædet uitæ, tædet luminis huiꝰ, quoniā
lumen oculorū meorū & ipſum non eſt mecū. Vbi erit fo
ris conſolatio ſi intus in meipſa te abſente turbatio? Con
turbatū eſt cor meum, dereliquit me uirtus mea, & lumen Pſal. 37.
oculorū meorū, & ipſum nō eſt mecū. Tria hæc tecū abie
runt, uirtus, ueritas, identitas. Quō eñ uirtus erit in dolo
ris lecto, in nocte lumen, & in diuiſione & ſeparatione id
ipſum? Ad me nunc reſpicit illa prophetalis exprobratio.
Quouſq; diſſolueris filia uaga? Deniq; & Cain ex quo
egreſſus eſt à facie dn̄i, uagus factus eſt & profugus. Ego Hier. 31.
quidē non ita uaga & profuga magis eñ quærens quàm
fugiens, & (ut licentius loquar) tibi fuga plus competit.
An non uaga quæ de lectuli anguſtijs tranſeo ad ambitū
urbis, diſcurrens per plateas, per uicos, per uigiles? Qui
adhæret deo, unus eſt ſpiritus, dulce hoc ipſum, & ideo du 1. Co. 6.
ra ſeparatio. B Quomodo ſeparata eſt hæc identitas,
diſsilijt unio, & ad me dimidiata redij. Nam tota à te non
diſceſsi. Deſiderio enim in te feror, ſed à præſentia diffe
ror: habeo aliquod in deſiderio ſolatium, ſed totum illud
abſcondit & abſorbet de dilatiōe ſupplicium. Quo pacto
non abſconditur omne ſolatium quādiu abſcōdis faciem
tuam à me? Deniq; ſicut ait propheta. Cōſolatio abſcōdi
ta eſt ab oculis, qa facta eſt inter dilectos diuiſio. Sed mihi Oſee. 13.
abſcōdita, quoniam mihi fuerat hæc unio indulta. Tu eñ
bonorū meorum non eges. Bona eñ mea, bona tua ſunt:
ideo mihi incūbit deſolatio, dum à te ſeparari contingit.
Tu uirtꝰ mea. Tu lumē oculorū meorum. Tu mihi ipſum.
Tu mihi totum. Deniq; defecit caro mea & cor meum, ut
de reliquo in me nec carnalis affectus nec cordis mei ſen
ſus reſpiret, ſed ſit deus cordis mei, & pars mea deꝰ in æter Pſal. 72.
num. Si hanc partem perdidero, inanis & uacua remane
bo, quaſi terra ſitiens, & quaſi uas ꝑditū. Aſſume aſſume
qui ebrius es ſitiētem, & uacuo uaſi tuæ plenitudinis por
tionem infunde. Quid pacis torrenti illi ubertatis tuæ?
Heu me quàm raptim tranſit torrens iſte noſtris in con
uallibus. Citò quidē tranſit, ſed trahit me poſt ſe in æter
num deſideriū imptitæ diliciæ. Deliciæ abeūt, ſed deſide
rium relinquūt. Illæ excurrūt, & iſtud excruciat. Quanto
ſunt enim prorogata dulciora, tāto moleſtior de dilectio
ne mora. Ita ne dn̄e ſuaue uidebit tibi miſeram mora tali
torquere aīam, & de pœnis diligentis & quærentis te ride
re? Si maieſtas te abducit, mīa inclinet. Si te non indulges
dilectæ, miſerere ul' afflictæ. Afflicta ſum & hūiliata nimis,
& à gemitu cordis mei mecum illum rugiens: non inueni
illum. Vbi nunc multitudo uiſcerū tuorū & miſerationū
tuarū? Diu & nimis diu cōtinuerunt ſe ſuper me. Dilecta
tua abſentis deſiderio in dolorem ſe fundit: & tu te conti
nes? C Ioſeph malè meritos de ſe miſeratus fratres, nō
poterat ſe continere, ſed commota ſunt uiſcera eius, & qs Ge. 43.
eſſet blādè innotuit. Et quidē tenerior eſſe ſolet ad gratiā
ſpōſi pietas quàm fratris. Tu mihi plus quàm Ioſeph. Tu
enim frater. Tu ſponſus. Quis dabit mihi te fratrē meum?
Ego me totā ad quærendū impēdo, & tu te ſuſpendis ſpō
ſus & frater? Ergo eris in dilectione minor, qui es maieſta
te ſuperior. Magis ſibi reſpondent amor & hūilitas, quā
amor & maieſtas. Paululū maieſtatis obliuiſcere, ut miſeri
cordiæ recorderis. In te omne deſiderium meū. Vt qt non
ante te? Vt quid abſcōditus eſt à te gemitus meus, q totꝰ
eſt per te? Diſsimulas & differs, & auertis faciem tuam à
me, &

me, & facta ſum conturbata. Propterea queror & cauſor
& clamito, non inueni illum. Felix cōditio qn̄ dicere da
tum fuerit: Dilectus meus mihi, & ego illi. Nūc uerò ego
dilecto meo, ſed nōdū ad me cōuerſio eius. Amara quidē
amanti commutatio. Idcirco pro uoce uocem commuto,
Eccle. 3. non inueni illum. Oīa tp̄s habent, & ſuis ſpatijs uniuerſa
ſub ſole tranſcurrūt. Quādo erit ut cum ſole permaneāt,
& ... mutabilitatem lunæ, ut in æternitate ſtent, & non
tranſcurrant cū tp̄s? Nunc uerò oīa tp̄s habent, & habet
forſitan ſuum tp̄s æternitas ipſa. Dicuntur enim & tem
pora æterna: æterna ergo in ſe æterna ſunt, ſed nobis pa
rata ſunt tpe ſuo. Oīa tp̄s habent, tempus amplectendi, &
tēpus ab amplexu longè fieri. Quod ergo erit aptum ma
gis quàm nox amplectendi tēpus? Imo quis erit aptior ad
amplectendum uel lectulo locus, uel nocte tp̄s? In pace lo
cus tuus, & ideo quietis tp̄s, & pacis tibi paraui in corde
meo lectulū. Veniat dilectus meus, ueniat delectatio mea,
& requieſcat in cubili ſuo. Tu forſan diſpēſatoriè differs,
ſed non capit amor impatiēs de diſpenſatione ſolatium.
Scio mihi repoſitum tempore ſuo, ſed de fugacis tardita
te tēporis amor cauſatur. Tu differs, ego quidem diutius
non fero: ſed ſurgam & circūibo ciuitatem. Contēno le
ctulum, & initium ſermonis derelinquo, ut ad perfectiora
ferar. Nam & ſi ſpōſa ſum & perfecta pro regulæ modulo
humanæ, initiū tm̄ accepiſſe me reputo, ad qđ reſtat reſpi
ciens. Surgā & circūibo ciuitatē, quæram ꝑ uicos & pla
Canti. 3. téas. Ieſu bone, quid eſt ꝙ alicui nō inueneris, qui ubiq;
crederis? D Multæ quidem manſiones in domo patris
tui ſunt, ſed nunquid alias deſeris ad alias tranſiens, qui
infinitus ipſe & immēſus es? ubiq; creaturarum totus es,
creans & continens, ſed infinitatem tuam creatura nulla
poteſt exprimere, quāuis uirtutem nulla nō poſsit ex par
te innuere. Vbiq; totus per exiſtentiam, ſed nō æqualiter
in ſingulis per euidētiā. Nam etſi ex toto te ubiq; opere
ris, nō tm̄ totum quod potentiæ tuæ eſt ubiq;, imo potius
nuſquam operaris. Indifferenti enim uirtute efficis in mi
nimis minima, & in magnis maiora. Cum ergo uirtus tua
ubiq; & tota operetur, nuſquā tm̄ tota expēditur, quia cū
uolueris ſuppetit tibi efficere maiora nec tota exprimit,
quia ueritatem non poſſunt ad integrum æmulari ſimula
cra. Omnia ergo te mihi monſtrant ad cognitionē, ſed nō
oīa me mouere poſſunt intus ad deuotionem. Vbiq; in te
impingo, ſed non ubiq; cōpungor. Vbiq; te mihi ingerit
rerum ſpecies & uſus & ordo, ſed uerbum ſapientiam, nō
uerbū ſalutē. Verbū aūt ſapiētia & ſalus id eſt Chriſtꝰ Ie
ſus tm̄ in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius: ꝓpterea
ſurgā & circūibo ciuitatem. Surge (inquit Paulus) q dor
Ephe. 5. mis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Xp̄s. Surgam
ego nō de mortuis operibus, non de prauis moribus, ſed
de bonis ad meliora, de moribus ad myſteria, de myſticis
ad manifeſta, de ſerenis ad ſuauia. Surgam & circūibo ci
uitatem illā de qua dicitur: Magnus dn̄s & laudabilis ni
1. Par. 16 mis, in ciuitate dei noſtri in mōte ſancto eius. Ergo ſurgē
dum eſt ei qui in montana uult cum Maria conſcendere,
& ꝓdigus ille filius in ſe reuerſus, ſurgā, inquit, & uadam
ad patrē meū. Prudenter ait ſurgā, iturus ad eū qui in cæ
Lucæ. 15 lis eſt patrem. Sed nimis exilē & macilentā ſpem repoſue
rat in ſinu ſuo mercenariā conditionē patrem rogaturus.
Modeſtè quidē pro meritis, ſed de paternæ miſerationis
copia humiliter nimis & iniurioſe ſentiens, uerè famelici
dans in hoc animi iudiciū & inedia confecti, dicā, inquit,
ei: Pater fac me ſicut unum de mercenarijs tuis. Nō enim
poterat ieiunā & macram ſpem ad maiora porrigere. Sur
gam, inquit, & uadā ad patrem meū. Iſte de quærendo nil
mouet patrē tm̄ de flectēdo ſolicitus. Quæ ſponſa eſt, cer
ta de gratia poſtulat præſentiā tm̄. Surgā, inquit, & circūi
bo ciuitatē, quærā quem diligit aīa mea, inuentionem ſuf
ficere reputās. E Vide ſi nō in p̄ñti hæc poſsit obſerua
ri diſtinctio, qm̄ patris expoſita eſt & parata cūctis indul
gentia. Deliciæ uerò fugaces & recōditæ, & latibulis gau
dētes. Ideo ille dicit: Surgā & uadam. Illa uerò: Surgam
& quærā. Deniq; & pater, occurrit pœnitenti, ſponſus ſe
ſubducit diligenti. Miſericordia ſui perfuſior eſt, delecta
tio partior. Id autem non incongruè ab utroq; poſitū in
telligit quod dicitur ſurgam. Non ꝑmittit te Paulus quæ Col. 3.
ſurſum ſunt quærere, niſi prius reſurrexeris. Non potes q̄
ſurſum ſūt ſapere, niſi prius illa quæſieris. Quid enim eſt
illa bona quæ ſurſum ſunt inuenire niſi quodam dulcedi
nis & experientiæ guſtu perſentire illa? Ideo cūcta perlu
ſtrat & ſcrutat, ut quod amat, alicubi deguſtet. Surgā, in
quit, & circuibo ciuitatē, quærā per uicos & platéas quē
diligit aīa mea. Multū ſibi fiduciæ ſanctus amor aſſumit.
Quātū eñ putas diligebat quæ tm̄ præſumebat? Surgā,
inquit, & circūibo ciuitatē. Non ueniet in conſpectū tuū
domine omnis hypocrita. Abſcondit ſe Adam ex quo bo
næ conſciētiæ auſum amiſit, & iumentū ſe doluit qui ma
gis quærere debuerat. Qui fide diligit, fugit conſpectum
tuū: quæ uerò ſponſa eſt & charitatis dotata munere, etiā
fugientem inſectatur. Quo ibis bone Ieſu à facie uehemē
tis deſiderij? Si aſcenderis in cælum, illic eſt, ſi deſcēderis
in infernū, adeſt. Vbiq; te ſequit curioſa ſcrutatrix, & per
ſingulos operū tuorū gradus diſcurrēs, qđ fide tenet, co
natur tranſfundere in affectū, & admirandæ maieſtati de
uotione reſpondere. Ad dilectionis incentiuū oīa euāge
lij documenta deducit, ut in quibus ueritatē ſuſcipit, uir
tutē perſentiat teipſum ſponſum ſuum Chriſte Ieſu. Qui
uiuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo IIII. A

CIrcūitus iſte non eſt peruagationis, ſed inueſti
gationis. At ſi negatur quæ circūit, non euaga
tur tamen, non excedit terminos ciuitatis, non
loca quæ dilectus perambulare ſolet. In circūi
tu ambulat, ſed intus ambulat per uicos & platéas ciuita
tis. Sapientia enim in ijs uijs ſe oſtendit hilariter, & in pla
téis dat uocem ſuam. Ideo in iſtis circūit, quia nouit ubi
ſoleat illi uberior occurſus eſſe dilecti. Circūibo, inquit, Canti. 3.
quærens ꝑ uicos & platéas. Frequēs tibi eſt ô felix anima
talis circūitus & acceſſus familiaris, & nota ſunt tibi oīa
ciuitatis huius, circūitus & receſſus intimi, anguſta loco
rū, & lata platearū. Introduxit te rex in cellā uinariā. Nū
quid nō & in oēs alios ſecretiores receſſus? Oīa tibi ſunt
aperta & peruia, & uſu quodā ad beatum hunc expeditā
te ſentis circūitū. Ideo nō cunctanti ſed confidenti ſimilis
dicit. Circūibo ciuitatē. Et quantū putatis fratres, quan
tum ſolatij cōfert inuiſere interim & crebro cōterere greſ
ſu loca in qbꝰ ſtare ſolebāt pedes eius quē diligit? Neſcio
quo pacto loca in qbus aliqd boni experti ſumus, expreſ
ſius idipſum imprimunt memoriæ, & ex ordine ante men
tis depingūt oculos, & qđ id experti ſumꝰ in ipſis, iterato
ſperamꝰ. Ergo loca iſta non corpalia ſed ſpūalia credide
rim, opportuna ad aīæ exercitationē ſpiritualem: ꝓpterea
in his accipiamus circūitum. Circūitus iſte an recordatio
nis eſt, an inueſtigatiōis? Circūit enim qui uel nota reco
lit, uel ex ipſis notis colligit quæ nōdū ſunt nota. Circūit
quodāmodo qui nota recordatur, uel perſcrutatur noua.
Circūitus quidam eſt cū ea quæ iam fide uel intelligentia
tenemus, ordine retractamus. Circūitus quidā eſt cum ex
his quæ iam tenemus, ad occultiora tendimus & penetra
mus. Circūitus ille oblationis eſt, iſte rationis. Ille amica
bilior, iſte acutior. Et quāuis ille circūitus magis accōmo
datus ſponſæ uideatur, neutrum tamē illi negabimus. Si
ue enim nota & comperta reuiſerit, ſiue inueſtiget noua,
in omnibus amoris tantum fomitem quærit. B Bonus
quidem rationis circūitus, ſed quando ratio ipſa intra fi
dei regulas ſe continet, & eius terminos non excedit, de
fide ad fidem, uel de fide ad intelligētiam pertingens. In
telligentia quidem etſi fidem excedit, non tamen aliud cō
tuetur quàm quod fide continetur. In intelligētia quàm
in fide non certitudo maior ineſt ſed ſerenitas: neutra uel
errat uel hæſitat. Vbi uel error uel hæſitatio eſt, intelligē
tia non eſt: ubi hæſitatio eſt, fides nō eſt. Et ſi fides admit
tere poſſe uidetur errorem, non eſt uera nec catholica fi

des,ſed erronea credulitas. Fides (ut ſic dicam) ueritatem
rectam tenet & poſsidet, intelligentia reuelatam & nudã
contuetur, ratio conatur reuelare. Ratio inter fidem intel
ligentiamq́ diſcurrens, ad illam ſe erigit, ſed iſta regit. Ra
tio plus aliquid quàm credere uult. Quid aliud? Conſpi
cere. Aliud eſt credere, aliud eſt cernere: non tamen aliud
quàm quod fide concipit, conſpicere conatur. Et ſi nõdũ
ſyncerè uidere poteſt, quibuſdam tamẽ accommodatis ex
perimentis conijcere tentat quæ iam ſolida fide concepit.
Ratio ſupra fidem conatur, fide tamẽ nititur, fide cohibe-
tur. In primo deuota eſt, in ſecũdo prudens, in tertio ſo-
bria: & (ut ſic dicã) fides tenet, tuetur ratio, intelligentia
Philip. 3 intuetur. Bonus iſte circũitus, in quo mens ratiõis ductu
perueſtigando procedit, ſed à fide non recedit, inſtructa à
fide, & reſtricta ad fidem. Erronea planè ſi non cuncta ad
eius referat examen, & ſcitum rationis inceſſum ad fidei
maturitatem caſtiget. Bonus circũitus ubi iuſtitia dei re-
uelatur ex fide in fidem. Bonus circũitus ubi quis transſ-
formatur à charitate in claritatem tãquam à domini ſpiri
tu. Bonus circũitus ubi qs poſteriorũ oblitus, ad anterio
ra extendit ſemetipſum, ſi quo modo comprehendat. Bo-
nus certè circũitus: non modo cum noua ſemper & occul
tiora comprehenduntur, ſed cum iam apprehenſa noua
& recenti ſemper affectu reuoluuntur, cum nõ modo qđ
reſtat penetratur, ſed quod iam penetratũ eſt frequenter
iteratur. G Iucundus circũitus, & ſponſæ nõ ignotus.
Ideo cõfidenter dicit: Surgam & circũibo ciuitatẽ. Quæ
aptius eſſe poterit ciuitas quàm illa de qua dictũ eſt: Glo
Pſal. 86. rioſa dicta ſũt de te ciuitas dei? Et quidẽ uniuerſitas crea
turæ dici poteſt non inconuenienter ciuitas dei, ab eo cõ
dita, & ab eo diſpoſita. Glorioſa planè & pro ſpecie & ꝓ
ordine. Nã pro actibus minus iuſtis quos deprauatæ mẽ-
tis producit libertas, quãtum in ipſis eſt, minus in gloria,
nec ex ipſis ꝙ ordinem diuinæ diſpoſitionis nõ effugiũt
quem non intendunt. Soli autem uerè glorioſi ſunt, qui
diuinæ diſpoſitioni ſupponunt ſtudiũ, ſoliciti primæ cõ-
ditionis integram ſeruare gratiam, uel reuelare & reſtau
rare corruptam. Iſti gemino quidem modo glorioſi effi-
ciuntur, naturali cum cæteris conditione, & uoluntaria
præ cæteris coaptatione ad ordinantis & dirigentis dei
nutum. Dicit ergo ciuitas dei uniuerſitas creaturæ, quip
pe legibus adminiſtrata diſpẽſationis ipſius. Ipſe uniuer
ſæ creaturæ ſpeciem exiſtẽtiæ præſtat in proprio genere,
in uſu efficaciem, conſequẽtiam in ordine, ut & in ſeipſa
pulchra ſit, & in uniuerſitate ſuperuacua non ſit, & cũ re-
liquis incõſequens & repugnãs nõ ſit. Siue enim res na-
turæ agatur motu, ſiue libero arbitrij nutu, ſiue diuinæ in
ſtinctu gratiæ, ſiue ſingulis his rõnibus, ſiue cõiunctis res
agatur, quælibet à diuina intus inuiſibiliter operante effi
cacia & modum accipit & motum. Modum & quaſi legẽ
quandam ordinis, & motum actionis. Nõ modo enim ab
eo cuiuſlibet motionis natiua facultas, ſed cuiuſlibet fa-
cultatis miniſtratur motio, ut ſimul ab ipſo ſit & uirtus &
motus uirtutis. Motus uerò intentionis prauæ & ab ipſo
habet ꝙ motus eſt, & ab ipſo non habet ꝙ prauꝰ eſt. Neq;
enim ab ipõ eſt, ꝙ in minus ordinatũ finem dirigitur, ſed
ab ipſo eſt ꝙ inordinatio ipſa mira prorſus ratione in or-
dinem redigitur. D Vide uẽditionẽ Ioſeph, deſcẽſum
in Aegyptũ, egreſſum & inſectationẽ Pharaõis, ſubmer-
ſionẽ exercitus, & ereptionem Iſrael, quomodo incarna-
tionis & paſsionis Xp̃i & ereptionis noſtræ ſeruiant my
ſterijs: & multis quidem in locis ſimilia diligens reperies.
Nõ ergo poſſent antiqua delicta nouis deſeruire ſacramẽ
tis, niſi occulta ratione diuina intus operante prouiden-
tia. Nec enim illa antiqua caſu quodã & indifferenter ita
prouenere: quibus noua poſtmodũ à prudenti diſpenſa-
tore & obſeruatione diligẽti adaptarentur myſteria: ma
gis aũt illa ad horũ ſunt ſignificationẽ (non homine illud
intendente, ſed deo diſponẽte) præparata, quàm hæc illis
aptata. Quid denicq́ ꝙ dñs eo potiſsimũ tp̃e ad paſsionẽ
addictus, ꝙ hac hora, hoc die, hoc mortis affectu genere?
Quis iſta aut neget myſtica, aut credat fortuita? Quo die
eſt homo conditus, eo reparatus: qua hora ſententiã per-
tulit, indulgentiam meruit: per lignũ ſententia mortis in
ducta, per lignum uita reſtituta. Et neſcio quis iſta non di
uinitus diſpenſata, ſed humanitus adminiſtrata conten-
dit. Habes agni paſchalis tẽpus, habes immaculatam ho-
ſtiam, habes ereptionis Iſraeliticæ de Aegypto horam, ha
bes ereptionis tuæ gratiam de ſeculi errore, de uanitate,
de natiuitate corrupta: & hoc ſimpliciter contigiſſe cre-
dis, deo non diſpenſante, ſed iudæo operante, quãuis nõ
obſeruante. Hæc inquã quæ tã aptè cõcurrũt de crucis li
gno, de tempore, de hora, de die, & reliquas quæ ubſerua
ri prudenter poſſunt circunſtantias. Iudaicæ deputas de
mentiæ non diuinæ ſapientiæ? Prorſus in tam ſalubri re-
medio & cũ antiquis in unã formam concurrente ſacra-
mẽtis, & fortuitus caſus excluditur & humanus intuitus,
ſed nõ diuinus nutus. Et in Eſaiæ prophetia inuenies ad
Ezechiã dictum. Data ſunt oĩa hæc in manus Chaldæorũ.
Vbi data eſſe dicit, oſtendit non tm̃ propheticè prædicta,
ſed etiam iudiciaria quadam æquitate dictata. E Ex his
& hmõi paſsim ꝑ oẽm ſcripturarum textũ cui dubiũ reſi-
debit diuinam pariter uirturẽ & ſapiẽtiam iuſtis legibus
prauas rationalis creaturæ nõ inſpirare quidẽ ſed diſpen-
ſare uoluntates? Quod ſi ita eſt, multo minus ambigi po-
teſt motus cæterorum animantium, quæ naturali ducun-
tur affectu, & ſenſuum uel imaginationis, tantum agũtur
iudicio, nõ arbitrio rationis, à diuina diſpoſitiõe minimè
exẽptos. Et ut ſemel concludã uniuerſarũ uel eſſentiã qua
in hoc aut in hoc rerum genere ſunt, uel exiſtentiam qua
ſunt, uel uſum quo aliquid efficiunt, iuſtiſsimus potentiſ-
ſimus, prudentiſsimus moderator æternis & immutabili-
bus mouet & mutat & continet decretorum regulis, &
cunctam creaturã nuſquã exorbitante regit iuſtitia, quaſi
ordinatiſsimam & diſpoſitiſsimã ciuitatẽ. Hæccine ergo
ciuitas eſt uniuerſitas creaturæ quam ſponſa circũituram
ſe proponit? Circũierunt ſapientes huius ſeculi rerum na
turam, & in artificio ſuo operantem aduerterunt ſapiẽtiã Pſal. 73.
dei operantẽ dico, ſed non opus de quo legit: Deus autẽ
rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutẽ in medio terræ.
Cognouerunt in opere artificem, ſed non glorificauerũt,
aut gratias egerũt. Fidelis aĩa oĩa replicat & receſet in lau
dem dei, & oẽm creaturam ꝓuocat ad glorificandum, ut ſe
ipſam excitet in gratiam, & uniuerſitatis cõtuitu diuinũ
ſtimuletur in amorem. Circũiuit Salomon, & de cedro Li
bani diſputauit uſq; ad hyſſopũ. Circũiuit in Eccleſiaſte,
& de elemẽtorũ poſtquã diſſeruit circũitu ad hũanos a-
ctus diſputationẽ deriuauit, ut de trãſeũte rerum uanitate
ad permanentem tranſiret ueritatem. Circũiuit Iob imo
circunductus eſt magis à domino per terræ fundamenta,
per menſuram, per lineam & baſes, & lapidem angularem,
& aſtra matutina, & filiorum dei iubilum, per maris oſtia,
& uuluam & ueſtimentũ, & caliginoſos infantiæ pannos,
per terminos, uectes, & oſtia, per ortum diluculi, & auro-
ræ locum, & certas quaſdam cæterarum rerum naturas.
Omnes enim numerare longum erat, quæ omnia pruden
ter intuenti admiratione conditoris facerent, & pie conſi
detanti amorem. Et hæc communiter omnibꝰ prępoſita
ſunt ratione utentibus, & conditoris ſui maieſtatem ma-
niſeſta pulchritudinis ſuæ ſepcie commendant. Sub tam
pulchro tamẽ uelamine pulchriora ſunt quæ latent ſalua-
tionis noſtræ ſacr̃a & multiplicia ſp̃ualiũ dona gr̃arũ. F Pſal. 49
Deniq; & Dauid in fine pſalmorũ cũ oẽm creaturã in lau
dẽ dei cõcitaſſet: Cantate, inq̃t, deo cãticum nouum, laus
eius in eccleſia ſanctorũ. Verè nouũ, cuius neſcit antiqui
tatem materia, faſtidiũ gratia, quæ ſemper eſt amore recẽs,
uſu recentior. Verè eĩm nouũ, qđ hoĩm animos ad æter-
nam innouat beatitudinem. Deniq; legitur: Ne memine-
ritis priorum, & antiqua ne intueamini: noua quocq́ ego
facio. Iure noua, quæ ab antiquo currentis naturæ nequa
quam cõcluſa ſunt legibꝰ. Laus eius in eccleſia ſanctorũ.
Quodam utiq; excellentiæ priuilegio, non tantum æqui-
tatis

Pſal. 49. tatis diſpenſatione, ſed gratuito ſanctitatis dono & mune
re. Laus eius in eccleſia ſanctorũ, qm̃ ita laudem eius ſan-
ctorum oſtendit actus, ut illã attendat affectus. Sancti eĩm
excellenter gratiarũ dona ſuſcipiunt, deuotionem perſen
tiunt, gratulationẽ perſoluunt. Ideo quodã laudatur pri-
uilegio in eccleſia ſanctorũ, extra eccleſiam laudatur mini
ſterio inſenſibili & muto rerũ, uano hoĩm. In rebus inſen
ſata conditio, in hominibus non renatis aliquanta cogni
tio, in neutris tñ dilectio. Nã dilectio cõditoris ſui in pri
mis nulla, in ſecũdis non ſancta. Laus eius in eccleſia ſan-
ctorum. Sanctus enim & q̃ cõdita ſunt, ut naturaliter ſint:
& quæ diſpenſata ſunt, ut inconuenienter & inordinatæ
non ſint: & quæ prædeſtinata ſunt ut beatæ ſint, uniuerſa
perſcrutatur & æſtimat quãtum datur, ut per hæc autoris
iuxta uires colligat notionẽ, migret ad æmulationem, ra-
piatur in affectiõem. Hæc ergo ciuitas ſpiritualis eſt, hæc
eccleſia ſanctorũ, quam circũituram ſeſe ſponſa præſumit.
Deus bone, quãta hic utilium copia ſpeculationũ? Quis
eĩm ſatis exiſtimare poteſt quàm pulchra & quàm plurima
ſint ubicq́ ſpectacula in ſacramentis, exemplis, miraculis?
Prima ſaluationis, ſecunda conuerſationis, atteſtationis
ſunt tertia. G Quid uerò cum de myſterijs, cum de mo-
ribus ad remunerationes æternas temporalium merito-
rum admiratura mens aſſurgit? Quantum ibi profuſis uo
Pſal. 4. tis refundit gaudij? Filij hominum, ut quid diligitis uana
& quæritis mẽdacium? Vt quid animũ ad aliena oblecta
menta cõuertitis? Laborioſè quæritis labentes delicias.
Quaſi ad manũ materiã fidei nr̃æ tenetis myſteria, ad me-
moriam prompta, ad meditandũ profuſa, ad ſubſiſtendum
perpetua, ad ſufficiendum plena. Filij, inquam, hominum,
imo filij excelſi, alumni religiõis, qui regularis diſciplinæ
limina teritis, ut quid arida fauce aquas cœnulentas ſiti-
tis, cæleſtes faſtiditis? Vt qd cogitatiões admittitis in ani
mum, ad quarum actiones non mittitis manum? Quod
agere penitus detractatis, ut quid ſtudioſa mente retracta
tis? Experti frequenter eſtis ꝙ omnẽ hãc inanem põpam
recogitatæ turpitudinis citus excipere ſolet exitus pœni
tudinis. Deniq; & pudor eſt ꝓdere, & pœna reticere. Me-
ditationis ergo mutare materiam, ſed ſeruate inſtantiam.
Quàm fœdum eſt tunc ſtudia ueſtra minui, cùm mutantur
in melius? Hoc aũt dico: ſicut exhibuiſtis animũ ad cogi
tatus affectuoſos fœdæ turpitudinis, ita exhibete nunc ad
Pſal. 47. fœcundos circũitus pulchræ ueritatis. Circundate Sion
(inquit pſalmiſta) & cõplectimini eam. Circundate medi
tando, complectimini amando. Complectimini eam, ut
eius ſit & cõprehenſio integra, & collocatio intima. Plus
aliquid innuere uidetur complexus quàm circũitus. Cõ-
plexus ſimul continet totum, circumitus de alio in aliud
facit tranſitum. In hoc tamen circũitus præſtare uidetur,
ꝙ ea quæ complectimur, indifferenter & inuolutè cõſtrin
gimus: ubi uerò circũitus eſt, ſingula ſeriatim diſcutimus.
Ille contẽtus eſt ſumma, iſte diſcurrit per ſingula. Eſuriẽs
enim & quærens animus dum illum non ſatiant aliqua,
ſemꝑ rapitur ad reliqua. Et quodã uoluitur circũitu, cur-
rentis deſiderij protractus rotatu, donec repleatur in bo-
nis eſuries amoris, & occupet in illo curſus ſui ſtatum in
quo terminũ non inuenit. Nulla enim quæ creata ſunt, in
conditionis ſuæ ſtatu infinita ſunt: & ideo mens quæ cir-
cũit, uniuerſa pertrãſit, nuſquã requiem capiens ubi finẽ
reperit. Solus ille requies eſt amãti & refectio, qui finis eſt
omnium, & cuius nullus eſt finis. Propterea ſponſa in cir-
Canti. 3. cũitu ſuo cuncta pertranſit, ut pertingat ad ip̃m. H Sur-
gam, inquit, & circũibo ciuitatem. Circũibo in cũctis eũ
Roma. 1. quem diligo quærens, ſed nuſquam reperiens. Inuiſibilia
ipſius per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſed
tamen nullius creaturæ quamlibet excellẽtis, & ad ipſius
accedentis imitationẽ plenè uel inſtruor indicio, uel incẽ
dor officio. Tantum enim & pigrũ & tardũ & inefficax ad
cõditoris cõmendationem, eorum quæ condita ſunt red-
ditur myſterium, quantum noſcitur à ueritate diſtare ſi-
mulacrum. Ergo circũibo ciuitatem, uniuerſa pertingẽs,
uniuerſa pertranſiens, pertingẽs qua ex parte ipſius ima-
ginẽ differẽter ꝓferunt, pertrãſiens ubi citra perfectũ ſub-
ſiſtunt. Circũibo ciuitatẽ, ubicq́ capiens refrigeriũ, & faſti
dium patiens. Quoniã enim mõ nõ me refrigerat, qđ amo
ris mei pignus aliquod portat, præfert indicium, indicit
memoriam, notitiam inducit? Sed iterũ quonã pacto non
tolero tædiũ dum quadam me recogito ꝑludi imagine, &
umbra detineri, nudã & ſimplicem non tenere ueritatem?
Circũibo ciuitatẽ, quoniã in toto eius tam pulchro ambi
tu ubicq́ refoueor, ſed nuſquam reficior. Nec me fatigabit
iſte circũitus, donec pateat plenior aditus, ut intrẽ in ſan-
ctuariũ dei, & intelligam in nouiſsimis eius. Habebit ibi
circũitus terminum cũ repleti fuerimus in bonis domus
tuæ dñe, cũ intellexero in nouiſsimis eius illũ q primꝰ eſt
& nouiſsimus, initium & finis. O qualis ibi circũitus erit
pergere ab ipſo in ipſum, ire & redire, deſiderio ire, dele-
ctatione redire, dum ſemꝑ eius qđ experientia deſiderat,
p̃ntia ſatiat, ut mẽs poſsidẽtis & cõtuẽtis & illi ſit ꝑ appe
tentiã intenta, & illo ſit ſufficienter contenta. Sic eĩm pen
nata illa & oculata animalia in medio & in circũitu ſedis
dei leguntur. In medio quia uoti ſui perducuntur ad inti-
ma. In circũitu quia rediuiuo ſemper uoto feruntur in ea-
dem ipſa. In medio quia eorũ iam completum eſt uotum.
In circũitu quia nõ ſufficiunt cõprehẽdere totum. In me
dio ſunt admiſſa per gratiam, & in circũitu ſunt excluſa ꝑ
differentem naturam. In medio ſunt quia unita per contẽ
plationem: & in circũitu, diſiuncta per cõparationẽ. Quæ
eſt enim ſedes iſta, niſi ea de qua loquitur apoſtolus, lux in
acceſsibilis quam inhabitat deus? Deniq; quantumlibet 1. Tim. 6.
oculata ſint beata illa animalia, & illuminat illa ut quantũ
poſſunt capiant, & excedit ne ad totum ſufficiant. O quã
ampla ibi ſpeculatoria, quàm latæ plateæ in illa luminis
infinitate patent, quàm coarctati & couniti & protenſi in
illa ſimplicitate, charitate, æternitate uici. Viæ illæ uiæ
pulchræ, & ſemitæ pacificæ. Non eſt in illis uel errare uel
laborare ſemitis. Vndicq́ occurrit ibi ſponſus, & læto (ut
ſic dicam) uultu ſe offert & influit cordi dilectæ, ut decæ-
tero non indigeat quæri Ieſus Chriſtus qui uiuit & re-
gnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo. V.

LOngũ heſternus ſermo in exequẽdo ſpõſæ cir-
cũitu traxit limitẽ. A Gr̃æ tibi dñe Ieſu Xp̃e
ꝙ feciſti tam dulcia faucibus meis eloquia tua
ſuꝑ mel ori meo. Ideo uix ab ore quæ ſemel gu-
ſtata ſunt diſcedunt, ut alia ſuccedant: cũ mora ruminant,
& ſi deglutita fuerint, ſuaui quodam ructu denuo redeũt
ad ruminandũ. Poterãt hæc omnia breuiter & curſim di-
ci, ſed materiæ quæ tractatur gratia, comedentis blandit
palato, & quandam ſui appetentiam facit, non facile cedẽs
cùm ſemel adducta fuerit in diſcuſsionem. Nam & quem
mandendum infantulo nutrix comminuit panem, iam ſa-
tis ſtudioſo dente ſubactum aliquoties cum in ore detinet
guſtus illecta ſapore. Et nos cantici huius ſolidos alijs ſi
qui fortè indigent comminuentes cibos, guſtatæ ſuauita-
tis iacturam facere nequimus, ſed ita alieno inſeruimus
uſui, ut & noſtro ſatisfaciamus in parte deſiderio. Deni-
que cùm terminatum reor ſermonem, & competenti fine
concluſum, impatienti exalatiõe epulæ uerbi redeunt ad
labia, & dum abundantiæ ſuauitatis eructatur memoria,
ad diſcuſsionem reuocatur materia. Quid enim? Cur non
ficus frequenter concutitur, cuius fructus plenè nunquã
excutitur? Quid mirum ſi conuellitur ſæpius quæ ꝓpria
expoliatione fœcundior effecta, cum uellicantis uidetur
certare manu, & decerpentis auiditatem ubertate conuin
cere? Non talis illa cui maledixit dominus Ieſus nihil in
ea fructus inueniens, pro ſterilitate, ariditate æterna con-
demnans illam. B Vide quomodo aridas fecit fides
Chriſti Iudæorum traditiones & dogmata philoſopho-
rum. Quomodo areſecit flumina AEgypti, non eſt in eo-
rum doctrinis & interpretationibus fructum inuenire de
quo legitur in pſalmo. Terra noſtra dabit fructum ſuum. Pſal. 84

Non poteſt in eorũ uicis & platéis Chriſt⁹ inueniri. Iam ô Iudæi emigrauit à uinculis ueſtris. Iam dimiſit domum ſuam, dereliquit hæreditatem ſuam. Deniq; facti eſtis quaſi tugurium in cucumerario, quaſi ciuitas quæ uaſtatur. Sed & de platéis nihilominus legitur, quia corruit in platéa ueritas. Siquidem de gẽtium philoſophis dictum eſt, ꝙ ueritatem dei detinuerũt in mendacio. An nõ tibi uidetur congruè accipi in uicis Iſrael ſm̃ carnem, quoniam de uno erant ſemine Abrahæ, & in unum compacti & coarctati ritum, una lege conſtricti? Sapientes autem gentium iure adumbrantur in platéis, quoniam effrenata libertate & licentia, extra ueritatis euagati ſunt tramitem, de maieſtate diuina ſentientes & aſſerentes non minus abſona dignitati, quàm reluctantia ueritati. Iudæi paupertate intelligentiæ circa diuinæ ſingularitatem conſtricti ſubſtantiæ, uſq; ad filij & ſpiritusſancti perſonas, non potuerunt fidei incrementa dilatare. Gentium philoſophi per planum diffuſi, & nullo diuinæ eruditiõis obice tardati, deorum induxerunt numeroſitatem in naturis, infinitatem in perſonis, ſentientes inter ſe ſinguli uaria uniuerſi uana. Sed quæ iam anima in iſtis uel uicis uel platéis inquirit ſponſum? Concubina eſt ſi qua eſt aut adultera, quarum altera contubernium cum ſponſo non habet perpetuum, altera malè fidum. Quid enim ibi quærat ubi caſta non occurrit ſapientia, ſed peregrina & meretricia? Talis tibi depingitur in prouerbijs, occurrens uecordi iuueni ubi tranſit in platéa prope angulum aduesperaſcente die, in noctis tenebris & caligine, mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula & uaga, nunc foris, nunc in platéis, nunc iuxta angulos inſidians. C Suſpecta eſt mihi talis platéa, in qua mulier tã uaria & uerſipellis blãditiarum ſuarum inſidias uecordi machinatur iuueni. Neſcio enim quid obſcurum & diſtortum & fuſcatum mihi ſignificat nox & angulus & ornatus meretricius. Suſpecta eſt mihi omnis doctrina, & certè deſpecta quæ nullã inducit de Chriſto mentionẽ, quæ eius me nec ſacramentis renouat, nec præceptis informat, nec promiſsis inflammat. Nam Iudæi quidem habent in pagina illum, ſed interpretatione non habent. Adhuc enim uelamen eſt magis in eorum mente quàm lege. Nec enim auferri poteſt, niſi cũ conuerſi fuerint ad dominum. Suſpecta eſt mihi tam in diuinis ſenſibus quàm in humanis uſibus unius licentia, alterius reſtrictio, obſtinatio utriuſq;. Vnius in diuina natura numeroſitas, alterius ſingularitas, utriuſq; cæcitas. Iõ ſponſæ nõ dederim in iſtis uicis & platéis quærere dilectũ. Alios illi aſsignem⁹ uicos al's platéas, quã ſibi Xp̃s deſpõſauit in fide & ueritate. Et quidẽ gemina q̃dã eſt cõuerſatio fideliũ. Alij latã ſectanť uiã. Alij arctiſsimæ ſe tradunt diſciplinæ. Nã etſi ſcribiť. Arcta uia quæ ducit ad uitam: eſt tamen quæpiam in hoc genere diſtinctio, & arctioris reſpectu alia reputatur latior. An non tibi uidetur latitudo mandati ubi nemo cõpellitur ad perfectionẽ, ſed infirmæ non modo ualitudini, ſed etiam uoluntati inferioris gradus permittitur licentia? Gratias tibi domine Ieſu Chriſte quòd nobis ſalutis occaſiones paras, & ita uegetis & alacribus proponis conſilium, ut etiã ægrotis diſponas remedium, & pigris diſpenſes aſcenſum. Non modo uicos diſtrictè uiuentiũ habet ciuitas tua ſancta Ieruſalẽ, ſed etiã platéas humiliora & planiora diligentium. Sic in omni profeſsione & ordine quæ ſponſa eſt, eius quę caſtè diligis ueſtigia quærit, quatenus habeat undecũq; operationis exemplum, & amoris incendium. Non dedignatur ab his etiã qui foris ſunt, qui nulla arctioris diſciplinæ regula cõſtringuntur, mutuari uirtutis inſignia, reputãs feruentiorem ibi frequenter affectum, ubi inferior fuerit ordinis gradus. D Quid dicemus de his qui nuſquã ſalutis occaſiões quærunt, ubiq; cauſantes remiſsionẽ in platéis, & in uicis indiſcretionem? Deniq; tales multi ſunt q oẽs perſcrutãtur profeſsiones & ordines, ſed in eis nulla inueniunt quæ illos trahant, ſed cuncta quibus ipſi detrahant, calũniantes ꝙ diſtrictio in alijs ſit nimia, in alijs nulla. Iſtorũ dicere eſt, & quidẽ quàm miſerè tã uerè. Non inueni illum. Prauus certè ſenſus ut dicas, ecce Xp̃s hic, imo ecce illic. Peſsim⁹ uerò ſi dicas, nec hic nec illic. Vtrobiq; quærit ſponſa, & hic & illic. Quæram per uicos & platéas quem diligit anima mea. Per uicos diſtrictionem accipe, per platéas diſpenſationem. Neutrum in miniſtris eccleſiæ ſiniſtrè interpreteris. Vtrancq; eccleſia recipit, in utroque ſpõſa q̃rit Chriſtũ. Noli in altero tm̃, in utroq; Xp̃m quærere. Vici platéas in teipſo coniunge. Quæris quomodo? Si te coarctat affectio aut uolũtariè ſuſcepta, aut uiolenter impacta, intus in corde gaudio dilatare ſpirituali, & iam uicis platéas copulaſti. Nonne tibi uidetur utrũq; tenere qui in tribulatiõe dilatatam ſibi lætať? Apoſtolus in arcto tribulationis quandam latitudinem optabat illis quibus ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Deniq; ad ſpẽ latitudo referť: habentes, inq̃t tãtas promiſsiones chariſsimi dilatamini & uos. Anguſta eſt nobis ĩ præſenti res, ſpes uerò lata. Arcta poſſeſsio, expectatio quidẽ profuſior. Ergo ad latitudinem ſpei platéas iſtas referto. [Zach.8.] Spe gaudentes apl's dicit. Propheta uerò: Adhuc replebũtur platéæ tuæ choris ludentium. Vides quomodo ſibi de ſpe & platéis ſentiunt conſona apoſtolus & propheta? E Vterque enim gaudium aſsignat. Simul etiam hoc aduertendum iuxta aliam diſtinctionẽ, ꝙ etiam in uicis manſio eſt ad domeſticas utilitates. In platéis feriatio quædã ad iucunditatem. In platéis enim chorus eſt & conuentus ludentium. Ergo uacationis & lætitiæ uſus in platéis eſt. Bonæ quidem platéæ in quibus alacriſatis agilitate in leues contemplationis ſaltus animus ſe ſpũalis exagitat. In platéis ergo q̃rit ſpõſa quem diligit, dum domeſticis euoluta curis, dum extra corporis effecta manſionem, & domum terreſtrẽ quantũ datur deſerẽs, quàm liberè tã lætè cõtemplari ſtudet. In uicis eſt manſio diuturnior. In platéis quidem breuis, ſed dulcior. In uicis uirtutum uſus eſt & exercitium, quæ neceſſaria nobis ſunt dum in corporis huius habitaculo moramur. In platéis uerò feriata quædam felicitatis futuræ præludia. Et uide nunc uerborum ſeriem. Primò ponit uicos, conſequenter platéas. Habes & in pſalmo ſimile. Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Miraris ſponſæ ſedulitatẽ? ordinẽ ſequere. Nolite prudentiorẽ uel promptiorẽ ſpõſa præſumere, primò exercete in opere uirtuali, ut deinceps ad ueritatis ſpeculatoriũ cõſcendas. Quid illac ingreſſum paras qua exitus eſt? Cũ ſponſa per uicos ad platéas uenit, & cùm pſalmiſta poſt tabernacula uirtutum ad ampla ueritatis atria: alioquin ordinem ſi cõuertis, ꝑuertis. Quãtomagis coanguſtati ſunt uici, tanto uberiora & liberiora ſunt intus ocia mentis. Quid ocia dico? deuotionẽ dicerẽ iuſtius. Arcta exterius diſciplina, aĩam interius dilatat. Siue libertatẽ ſiue lætitiã in platéis intelligas, ubi ampliores quàm in hoc ordine noſtro platéas reperies? Sed nec facilè dixeris ubi ſint arctiores uici, ubi maior libertas & ad uſum & ad exercitiũ uirtutis quàm in hoc ordine & cõuentu ſctõ. Et iõ maior ad bonum libertas, eò ꝙ ſit minor licẽtia in malum. Quo maior diſtrictio, eo maior directio. Arctiores uici, ampliores platéas efficiunt. Quid ergo eſt ꝑ uicos & platéas Ieſum quærere, niſi hoc ſe mõ ꝙ reſtringere & extendere ad capiendã de ipſi⁹ illuſtratiõe lætitiã? F Vis ut utraq; intus in mẽte aſsignẽ platéas & uicos? Nonne tibi uidetur in uico quodã & uelut in arcto poſitus is cuius uexať patiẽtia, caſtitas arceť, coanguſtať charitas? Qui in nullo uirtutis ſtudio liberè & ſine labore uerſatur, ſine labore & anxio conatu animi, nũ tibi quaſi in uicis locatus uideť? Et quãuis nõ ſine labore non ſine conatu q̃rũt, tñ etiã q tales ſunt, q̃etẽ in illo quẽ diligit aĩa ſua, quaſi per uicos q̃runt. De qb⁹ ꝓpheta: Dñe in anguſtia q̃ſierũt te, & in ſemita iudiciorũ tuorũ dñe ſuſtinuim⁹ te. Rudib⁹ & nouitijs iſtud ſæpius euenit, q ſolẽt uel uarijs tentamẽtis, uel quodã tædio laborare quando eos aut carnis deſideria coarctant, aut uirtutum non exhilarat oblectatio. Et beatus qui non eſt ſcandalizatus in iſtis, qui non offenditur, qui non perdit Ieſum, ſed magis quærit per uicos tales qui in anguſtia quærunt.

[Eſai.26.] Non ſic de quibuſdam dicitur. In anguſtia quæſierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Imo & exercitia uirtutis, & doctrinam patris intelligit in anguſtijs illis, & protendit à fine uſq; ad finem fortiter, donec de uicis ad platéas euadat: & qui perfectiores ſunt, & platéis aſſueti, aliquoties ad anguſtias uicorum ſubito ſinuntur relabi. Et quis perfectior illa quæ ſponſa dicitur? Ecce & ipſa per uicos & arctos quoſdã meatus quærit dilectum. Non eſt ocioſa difficultas iſta quærendi. Per hanc enim & exercetur eius humilitas, & deſiderium excitatur. Quoties inextricabilibus me ſenſi quaſi uicis errãtem, & anguſtijs animi concluſum, cum ſubito uicinis in platéas euaſi, & eduxit me in latitudinẽ bonus dominus, in uicis expiraui ferè, ſed in platéis reſpiraui ſtatim. Latitudo quædam & libertas inoccupatæ & expeditæ mentis in platéis tibi commendatur. G Sed conſidera ne libertatem iſtam des in occaſionẽ carnis, ne coacerues lutum in platéa tua: lutum illicitæ cogitationis: Alioquin ſicut lutum platéarum delebit te dominus. [Thre.4.] Lubricauerunt (ait propheta) in platéis ueſtigia noſtra: lutoſas uolẽs intelligi eas in quibus ſit lubricus inceſſus. Non luto ſed auro ſternãtur platéæ tuæ. Non ibi ſit lutum, nec tamen ſiccitas & ariditas quædam ſit ibi, ſed fluant flumina ibi aquæ uiuæ, ſpiritualis quædam fluenta meditationis. In platéis aquas iſtas diuide in latitudine liberæ mentis. Sapientia, quaſi platanus, inquit, exaltata ſum iuxta aquas in platéis. Non in platéis ſolum, nec ſolum iuxta aquas, ſed iuxta aquas & in platéis exaltata ſum, inquit. Vt læta prodeant germina ſapientiæ, quantum putas cooperatur & ocium liberum, & irrigatio crebra ſanctæ meditationis? Iure quaſi platanus exaltatur quæ ſic plantatur. O beatas uerè platéas in quibus ſapientia ſic creſcit, ſic exaltatur & ſupereminet perſpicuam ſe oſtendens, & nõ indigens quæri. Et uide quomodo ſeculari prudentiæ aliqui totam ſui cordis latitudinem exponant, quantum diſtendant animum & dilatent in platéam ut plantent ibi plantationem infidelem, hoc eſt germen alienum, quomodo & continuis exercitijs & meditatione frequenti & doctrina illam irrigent. Ideo certa in illis lætam & uberem & exaltatam ſeculi ſapiẽtiam, & fructificantem huius mundi ſenſum, ſapientiam uerò quæ ex deo eſt humilem, & obſcuram, & inueniri non poſſe penes illos. Exi in platéas & uicos ciuitatis, ocia diſcute, ſcrutare negocia eorum qui iudicijs uacant, qui tenent cathedram, qui ſedent in tribunalibus, contemplare quid agant in publico, quid in cubiculo. Nunquid apud illos pura & uera & cæleſtis eminet ſapientia? Nunqd expreſſa eſt in moribus quæ in ſermone uerſatur? Nunquid in proſpectu iũenies illam? Nunqd exaltatã ſicut cedrum in libano, & ſicut cypreſſum in monte Sion? Nã in his montibus exaltatã ſe gloriať. H Nomina ipſa myſteriũ continent, nec ocioſus eſt etiam ordo uerborũ. Præcedit libanus in laude ſapientiæ, Sion ſubnectitur, poſt cordis mundi candorem ad cõtemplandæ ueritatis fulgorem aſcẽdis. Munditia meretur notitiam, nõ hanc literatoriã tantum, ſed quandam dulcem & intimã, & ipſius animæ medullis infuſam. Deniq; puritas ueritatis ſocia eſt, & comes eſt, & præuia eſt. Idcirco montes iſtos libanum & Sion in laude ſua ſapientia copulat. Montes iſtos apud quos illorũ aſsignare poteris qui litibus aut exercendis aut dirimendis uacant? Non poteſt apud illos inueniri ſapientia, in q̃bus non inuenitur locus ſapiẽtiæ. Amat libanum, amat Sion, amat platéas, libertate gaudet & ſublimitate. Quanta peruerſitas, ſi ſapientia quæ litibus uacat, quæ lucra ſectatur, ſupereminet, & diuina latet? Supereminet litigioſa, & ea quæ pudica eſt, quæ pacifica, quæ bonis conſentiens, contenta deliteſcit uelut in obſcuro. Illa excollitur, iſta negligitur, ac ſi ſterilis & parum lucroſa. Neglecta plantatio in altum non creſcit. Raro in platéis: quaſi platanum exaltatam inuenies. Non eſt obuia, non eſt frequens: ideo dicit. Quæſiui & non inueni illũ. Vbiq; teritur, ubiq; uertitur in quæſtione, ubiq; uenerabile eſt nomen Ieſu. Et utinam quod uox ſonat, uita depromat, exprimat imitatio, emineat & eluceat in moribus. Qui penes te ſapiẽtiã quærit, aſsidentem inueniat illã in ipſis foribus tuis, in ipſis ſenſibus, in modeſtia & cõpoſitione hominis exterioris. Nam quaſi fores ſunt per quas interioris prodeũt habitatoris indicia. I A fructibus cognoſcitur ſi apud te Ieſus moratur. Accedit ad te ſponſa, folia uertit ficulneæ tuæ, quærit in te fructum, quærit dilectũ. Hic eſt enim fruct⁹ dulcis gutturi eius. Felix es cùm hoc abundaueris fructu, cũ dñi tui ſponſam iſto ſatiaueris cibo. Eſca eius, eſca electa. Deliciæ eius ſunt tecum eſſe dilectum ſuum. Non inuidet, non zelatur. Dilectũ ſuũ oĩm uult eſſe dilectum. Ideo apud oẽs quærit, ut illum apud oẽs aut inueniat aut inuitet. Quærit enim apud illos Ieſum, quorũ quærit profectũ in ipſo Quærit per uicos & platéas, ſed non in omnibus inueniri poteſt. Quæſiui, inquit, & non inueni illũ. Paulus oĩm ſitiebat ſalutem, in uiſceribus omniũ Chriſtũ inuenire cupiebat, omnes cupiẽs in uiſceribus Chriſti. Sed enim audi quid dicit, quomodo quoſdã deplorat. Neminẽ, inquit, unanimẽ habeo. Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Putas ꝙ apud eos inueniri Chriſtus queat, qui ipſum ut inueniant nõ quærunt? Et multos quidẽ ſic quærentes reperies aliud præter ipſum, ſed tñ per ipſum. Tractatur in conſilijs, diſceptatur in iudicijs, in ſcholis diſputatur, cantatur in eccleſijs. Religioſa ſunt hæc negocia, ſed uade ad exitus aquarum, & penſa quis generalior iſtorum finis eſt operum. Vide ſi non per hæc omnia quædam exerceantur mercimonia de Chriſto. Quæſtuoſa res nomen eſt Chriſti. Nil penſius, nil optatius. Felix tamen qui nominis huius uirtutem ſectatur. Apud illos tracteť, diſceptetur, diſputetur ſuper hoc nomine. Nobis ſatis eſt ſi noſtis in clauſtris ſaltem adametur, nuſquam cõmoditas maior, ideoq; maior confuſio nuſquã ſi penes nos nõ inuenitur Chriſtus. Mon inuenitur forma iuſtitiæ, ſi piorum operum non eſt intẽtio pura. Nam ipſa lætitia eſt mẽtis quædam diuina alacritas, quæ de ipſius præſentia concipi ſolet, & quàm uerè poſſumus præſentiã ipſius interpretari, hæc inquam cæleſtis & excedens affectio: non eſt res facilis & paſsim obuia. Hanc præcipuæ ſpõſa ut puto deſignat dicens. Quæſiui & non inueni illum quem diligit anima mea, Chriſtum Ieſum qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo. VI. A

SPonſa moram in quærendo patitur, & quandã illi difficultatis umbram ſponſus obtendit, copiam ſui non ſtatim indulgens. Illa tamen calẽte ſtudio ſedulitatem continuat, querelam ingeminat. Non inueni illum. Fratres, ſi ſedulitas ſubmouetur, deſidia quando admittetur? Si non inuenit amor, quãdo inueniet tepor, quando raritas orandi, quando remiſsio? Quid ergo nunc cõtra raritatẽ orãdi & remiſsionem inter uos diſputo? Non eſt opus medelam adhibere morbo quo nõ laboratis. Peregrina ſunt à uobis hæc uitia. Quis enim ueſtrum qui nõ ſit & frequens, & feruẽs in oratione? Et ſi torpor abeſt, uidete ne uos dilationis tedia defatigent, & infringant deſideria ueſtra. Vtrobiq; reatus eſt, ſi ſit anima ueſtra uel in poſtulatione remiſſa, uel in expectatione deficiẽs. Spõſæ deſideria audis dilata, & tu ad primum orationis tuæ pulſum inſpirationis diuinæ delicias tibi non affluere querulus cauſaris? Nunc cœpiſti, & tam cito à directione ſua tuus infringitur ſpiritus? Quid ſi tibi illud de euangelio improperetur: Sic non potuiſti una hora uigilare mecum? Vigilate ergo & orate, quia neſcitis qua hora dilectus ueſter adueniat. Pertinax oratio pertingit ad finẽ. Et ſi tibi in initijs ſicca & uelut ſaxea uideatur, oleum tamen gratiarũ elicies de hoc ſaxo duriſsimo, tantum ſi perſeueres, ſi te longior mora non diſſoluat ſi non dilatione tua uota lenteſcant. Moleſta planè amanti dilatio, ſed ſolent protracta deſideria amplius creſcere.

Quid uobis nota ingeroꝰ Vexatio crebra ipſa uobis hu-
ius rei dabit intellectum, imo iam dedit, idq́ꝫ frequenter.
Crebro uos exercitatos inueni in huiuſmodi ſtudijs. Nō
poſſum gloriari hos me genuiſſe affectꝰ in uobis, gaudeo
tamen inueniſſe uos in iſtis. Et ſi non hæc in uobis ſtudia
formaui, utinam in illis fouere uos poſsim. Et ipſe cuſtos
ſum: ideo illam mihi ſponſæ uocem ſæpe replicatis. Num
quem diligit anima mea, uidiſtisꝰ O beata anima quam
tam ſancta deſideria exercent. B Deſideria dilectæ, dile-
ctæ quæ neſcit niſi de Chriſto rogare, quæ talem inuenta
Cant.5. erumpit in uocem. Num quē diligit anima mea, uidiſtisꝰ
Deniq́ꝫ ſponſa eſt quæ talibus inuenitur occupata ſcruti-
nijs. Inuenerunt me, inquit, cuſtodes ciuitatis. Qui ficti &
fallaces ſunt, nihil tam refugiunt quàm ab his inueniri cu-
ſtodibus: & ſi deprehenduntur non facilè conuincuntur.
Gen.4. Cain factus eſt uagus & profugus ſuper terram, inueni-
ri formidās. Omnis, inquit, qui inueniret me, occidet me.
Non uult peccatū occidi, nō uult pati ſalutarem in cōfeſ-
ſione uerecūdiā, medicinalē caſtigationem magiſtri. Non
uult inueniri, quia non uult mori. Nam ubi non ueretur
interfici, ſed magis ſe foueri confidit, impudēter ſe iactat
indiſciplinatus affectus. Sed ſponſa ultro ſe offert, læta
ſponſi occurrit ſodalibus. Quid ni lætaꝰ Non inuenitur
quaſi fugiens ultorem, ſed quærens amatorē. Inuenerunt
me cuſtodes, non ſunt inuenti, ſed inuenerunt. Diligentia
ipſorum in hoc cōmendatur. Pigri cuſtodes & male fide-
les nullam in hoc adhibēt diligentiā, non eunt, non quæ-
runt ſi quem inueniant cauteriatā habentem conſcientiā,
ſigno amoris caſti & ſtudio quærendi prodentē dilectio-
nis incendium. Non conueniunt ſubditos, & fortè mole-
ſtum ducunt ſi compellantur ab ipſis. Non niſi interroga-
ti proferunt uerbum ſolatij quidam, nec tunc quidem. Li-
tera quod habet, in pagina tantum proponit, nil ſuperad-
ijciens uel induſtriæ uel diligentiæ. Alia eſt planè cuſtodis
ratio præuenire debet non tantum exponere, excitare ma-
gis quàm expectare quæſituros, quaſi de ſpecula ſuper fi-
lios proſpicere qui ſit intelligens & requirens deum. Cu-
ſtos tuus ſum, da mihi domine linguam eruditā ut ſciam
eum qui lapſus eſt ſuſtentare de uerbo, & ad uerbum diri-
gere. Et quid aliud optat ſponſa, cùm diciꝰ Num quem
diligit anima mea, uidiſtisꝰ Vides illam non tam fatigatā
quàm excitatam ſtudijs ſpiritalibus. Intellexiſti pertina-
ciam eius in quærendo dilectum, uide nunc humilem pru-
dentiam. Neſcit cuſtodes cōtemnere. Nec enim tutum ar-
bitratur inconſultos præterire, quos ſcit dñici & conſcios
ſecreti, & nūcios mandati. Num quem diligit anima mea,
uidiſtisꝰ C Quid tamen ſibi uult hæc interroga-
tio ſub ambiguo poſitaꝰ An in hoc admōere te uoluit ut
non credas omni ſpiritui, ſed probes ſi ex deo ſit ſpiritusꝰ
Deniq́ꝫ non omniū eſt certum ſponſi præſtare indicium,
qui cuſtodis officiū uel ſuſceperūt uel arripuerūt. Multi
enim ſunt quorū eſt oculus in uniuerſa terra, & iuxta alte-
rius loci prouerbiū, in finibꝰ terræ. Non eſt lumē eorū cū
ipſis, nec poſſunt illud ultra terræ porrigere limitem, leua-
re ad cælum. Satis quidē fideles ſunt & ſeduli, ſed hucuſq́ꝫ
ut terrena coaceruent, & terrena ſeruent. Oculus, inquit,
eorum in uniuerſa terra. Inexplebilis auiditas in uniuer-
ſa terra ſe extendit, propterea terrenis incraſſata mens cu-
ris, & illius menſæ ſeruiens qui perit cibi, cæleſtis epulæ
neſcit diſpenſare uiaticum, & de ſupernis theorijs aliquid
ſerenū temperare ſubiectis. Nam & ſi fortè qui tales ſunt,
de ſpiritalibus rogentur ſecretis planam fidei & morum
reſpōdent ſufficere uiam. In hoc ſterilitatem ſolātes ſuam
uel ex tēpore proprio auiditatem alienam metientes. Lan-
guidus enim & remiſſus amor, culpabili quadā patientia
non tam optat quem expectat futura bona. Qui uerò fer-
uentior eſt, ardenti fertur deſiderio, repoſitam plenitudi-
nem furtim & ex parte deflorare tentans. Quia tales plu-
rimos nouit ſponſa cuſtodes, quodā ſub ambiguo interro-
gationem librat. Num quem diligit anima mea, uidiſtisꝰ
Sit prudens, ſit fidelis, ſit cuſtos ſedulus, & diſciplinæ di-
ligētia hoſtium coerceat irruptionē ab ouili. Non tamen
ſtatim ſciet amatoria canere, & ſponſi internuncius eius
monſtrare præſentiā, & in receſſus ſecretos raptim admiſ-
ſus ſtillare de intima aliquid dulcedine. Valde enim eſt im-
pari gratiæ, furtiua & fucata adulteri depræhendere leno-
cinia, & legitimos ſponſi aduentus conciliare. Malorum
quia frequens eſt experientia, facilis eſt notitia. Spiritua-
lium uerò ſenſuum, quia rarus uſus eſt, & exile iudicium,
tenue ſatis eſt indicium de ipſis, nec poſſunt ſpiritualia
niſi à ſpiritualibus dijudicari. Et ideo non poſſunt niſi à
ſpiritualibus demonſtrari, quales ſunt de quibus legitur:
quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantium pacem Eſai.52.
annunciantium bona. D Num quem diligit anima
mea, uidiſtisꝰ Nō eſt una nec ſimplex nec uniformis uiſio
ſponſi. Exultauit Abraham ut uideret diem eius: uidit, &
gauiſus eſt. Vidit Iacob dominum facie ad faciem, & ſalua
facta eſt anima eius. Vidit Moyſes, ſed poſteriora uidit.
Vidit Eſaias dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum.
Vidit Ezechiel. Vidit Daniel in hois ſimilitudine cùm
nondum hominem ſuſcepiſſet. Sed omnis ante incarnatio-
nem huiuſmodi uiſio in corporali mōſtrata eſt ſpecie, nō
in corporis humani ueritate. Viderūt apoſtoli in ipſa car-
nis ueritate. & palpauerunt & attrectauerunt. Vtriq́ꝫ ta-
men intus fide deum uiderunt. Dictum eſt Philippo: Qui Ioā.14.
uidet me, uidet & patrem meū. Quæ uiſio, quia teferatur
ad fidem, quo adiunctum eſt declarat. Non credis quia
ego in patre & pater in me eſtꝰ Alioquin propter opera
credite. Quæ enim cōſequentia ut ad probandū ꝙ patrem
uiderit, inducat quia ſe uiderit, niſi quod in utroq́ꝫ eam uo-
luit uiſionem intelligi quæ per fidem fitꝰ Propterea & de
credulitate conſequenter adiūgit. Non creditis quia ego
in patre, & pater in me eſtꝰ Alioquin propter opera ipſa
credite. Si enim habitat Criſtus per fidem in cordibus no-
ſtris, & ſi ipſa corda noſtra mundantur per fidem, cur non
& in cordibus noſtris uidetur per fidemꝰ Superiorū uerò
uiſionum, quarum altera facta eſt in imagine, altera in car-
ne, utraq́ꝫ plena eſt uel iucunditatis uel utilitatis, ſed cum
tertiæ quæ eſt per fidem ſeruatur integritas. Nā ut de uer-
bi apparitione quæ in carne erat loquar præter uitæ uer-
ba quæ de ore eius procedebant quantum puta uirtutis
inſigne i ipſo exteriori renitebat habitu, quam manifeſta
eius quæ intus erat dabant indicia oculus, uox, uultusꝰ
Deniq́ꝫ geſtus omnis quomodo diuinam ſpirabat gratiāꝰ
Iucunda planè uiſio illa, ſed deum in homine credenti. Et
quidem illa quæ prophetis & patribus ante Chriſti incar-
nationem facta eſt, diuinū quiddam ſpirabat in apparente
imagine, quantum mea ſe habet fides, inæſtimabilem dele-
ctationem & menti & ſenſui infundebat cernētis, nec niſi
quorum mundus erat animus, apparebat obtutibus. E
Nam & poſt reſurrectionē in ipſa carnis ſuæ ueritate non
niſi teſtibus præordinatis à deo apparuiſſe legitur. Feli-
ces illi cuſtodes, ſi quibus tamen apparet frequenter & fa-
miliariter talis uiſio, præſertim illa quæ eſt in carnis iam
glorificatæ aſpectu, qualem eum Petrus & Ioannes uide-
runt in monte transfiguratum, ſed tamen & illa prior non
uera, & iſta non plena. Nam illa Moyſes delectabiliter de-
tentus, nō tamen cōtentus, oſtende mihi, inquit, teipſum.
De altera uerò ipſe dominus: Expedit uobis ut ego uadā Exo.33.
alioquin paracletus non ueniet. Bona ergo uiſio quam Ioā.16.
paracletus aduenīens inducit: ſpiritalis eſt quia facta intꝰ
per ſpiritum. Deniq́ꝫ & ſpiritus ante faciem noſtram Chri-
ſtus dominus. Viſio hæc uel in reuelata ſpiritualiter ueri-
tate per intelligentiam, uel in ſuauitate infuſa per gratiā,
Nam & hoc ipſum experiri uidere eſt. Guſtate, inquit, & Pſal.33.
uidete quoniam ſuauis eſt dominꝰ. Suauiſsima certè hæc
uiſio, & quāuis futurū iuxta modū nondum plena, uicina
tamen uicina qualitate, non æqualitate. Viſio hæc hu-
mano non eſt ſuppoſita ingenio, uel propoſita ſtudio, etſi
aliquando deſiderio gratis indulta. Deniq́ꝫ non eſt talis
quæ intelligētiæ concepta uiribus, cōtinuo tenore morā
in animi memoria protelare queat. Subitanea eſt & ſui
iuris hæc

iuris hæc uiſio, in ſpiritu uehementi uadens & ueniens.
Subitanea eſt & momentanea, repente uenīes, & repente
uadēs: & ſi momentanea eſt, manent tamen reliquiæ cogi-
tationis tam ſuccenſæ, tam ſerenæ, & diem feſtum agunt
in animo recordantis. Manet quidē memoria deguſtatæ
& deglutitæ uiſionis. Cuius ſuauitatē q guſtare poſſunt
eructare norunt, & hac maxime. Eructat enim bo-
num uerbum cor recenti adhuc incaleſcens gratia, & fer-
uida meditatio ſimiles effundit ſermones. Multum enim
intimæ dulcedinis ſapit in ūbis, & grauiſsimi ſunt ſermo-
nes qui de gratiarum ubertate prorumpunt. F Sicu-
ſtos es, ſcito quoniam talia te oporet præparare in occur-
ſum ſpōſæ. Vt quid occurris, ſi nihil dulce, nihil nouum
nunciaturus uenisꝰ Si noua non potes, uetera profer. In-
gere nota, ſi noua non habes. Non tamen ingeritur quod
exigitur. Non quærit qualē uideris, ſed ſi uideris. Suffi-
cit nunciare qualem ipſa nouit. Augmentū tamen affert
gratiarum ſi noua annuncias. Deniq́ꝫ quod non eſt uel
ignotum uel inſolitū meditationi, ſponſæ noua quadam
gratia dulceſcere ſolet. Non faſtidit auditus, quando fer-
uet auiditas, tantum de ſponſa diſputa, & noua protuliſti
in auribus ſponſæ. Non ſuppetit tibi de illo excellenti &
excedenti uiſionis modo ſemper reſpōdere. Sublimis illa
& ſubtilis eſt & ſubito præoccupare ſolet animum quem
mundū & exoccupatū inuenerit. Subito præoccupat, ſed
nō occupat diu. Subtilia iſta non adſunt ad uotum, dul-
cia deducit in medium. Simplicis fidei capitula ſingula
quodam dulci diſputationis temperamento ſuauiſsimos
gignunt in audiente mētis affectus & exceſſus. Delicata
eſt ſponſa, dulcia uult magis quàm fortia, niſi ꝙ omnia
poteſt in eo qui eam confortat ſponſus. Narrēt alij fabu-
lationes, controuerſias meditētur. Os tuum meditetur
ſapientiā, & lingua loquatur delicias, qui ſponſæ loque-
ris. Nam & illa tales uult qui de dilecto narrēt & nūciēt.
Labia ſacerdotum cuſtodire debent ſciētiam, ideo legem
requirit ex ore eorū, legem uidēdi & inueniēdi dilectum.
Canti.3. Num quem diligit anima mea uidiſtisꝰ De uiſione illorū
ſe uiſuram præſumit, ideo diligenter inueſtigat cuſto-
dum uiſionem, eorum ſperans alloquio uel in ſecretiora
deduci, uel dulcioribus affici. Id eſt enim uidere quem di-
ligit, dei ſapientiam & uirtutem propenſo affectu & pura
concipere mente. Bene illum cōſpicit, qui hoc utroq́ꝫ con-
cipit modo, purè cernens, & piè ſentiens. Dulce puto ſu-
ſurrium quod inter ſponſam cuſtodesq́ꝫ uertitur: & gra-
ta collatio, ſi tamen collatio. Nulla enim illorū hic reſpon-
ſio memoratur. Secreta ualde eſt ſi qua eſt, quam alto te-
gendam putat ſilentio. Secretū ſuum ſibi. Secretū ſuū
ſibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod ſpon-
ſa curauit reticere: cum eorum ſilentio claudamus nunc
ſermonem, prorogantes in craſtinum ſponſæ tranſitum,
quo ſe uigiles paululum pertanſire dicit & inueniſſe quē
diligit anima mea.

Sermo. VII. A

IMprobi exactores eſtis, & nimis inſtanter repe-
titis debitorem ueſtrum: dignum tamen uenia
eſt, dūmodo iuſta poſtuletis. Sed uos exigitis
ut ſoluam ad, quod non me obligaui. Tracta-
turus eram de tranſitu ſponſæ. Ad hoc enim & ordinis &
ſponſionis noſtræ ratione teneor: & uos adhuc mihi in-
Canti.3. geritis illud cum ſponſa. Num quem diligit anima mea,
uidiſtisꝰ Sed ille modeſtius interrogationem temperat
ambigenti ſimilis, quærens magis quàm urgens. Nouit
enim nec omnibus nec omni tēpore de hac uiſione adeſſe
ſermonem. Ex quo enim abſcondit uultū ſuum, quis eſt
qui contempletur eumꝰ Vos autem urgetis me ut legem
uobis ponam cōtemplandi dilectum, & diſciplinā inuen-
tionis huius & uiſionis tradam. Quid ergoꝰ Vultis ut mu-
neris diuini largitatē, concludam ſub regulasꝰ Viſio hæc
non eſt induſtriæ ſed gratiæ reuelationis eſt, non inueſti-
Eſa.1. gationis. Si quid tamen ad hæc poteſt induſtria coopera-
ri, illud primū obſeruate quod ſcribitur: Lauamini, mūdi
eſtote. Secūdo ut ſcribatis ſapientiam tempore ocij. Qui
enim minoratur actu, recipiet eam. Tertio ut uiolēti ſitis,
& gaudiū regni quod uobis diutiꝰ ſurripiť præripiatis,
id eſt ut habeatis cor purgatū, paratū, improbum. In pri-
mo efficieris dignus, in ſecundo deuotus, in tertio uehe-
mens, hoc eſt idoneus: obuius, urgens. Idoneus gratiæ
percipiendæ, obuius uenīēti, urgens morātem. In primo
præpararis, in ſecundo aſsimilaris ſponſæ expectanti dile-
ctum quando reuertatur à nuptijs. In tertio properas, &
ſponſa non expectat ſed properat, & ipſos præterit cuſto-
des. Dixiſſem melius ſi dixiſſem pertanſit. Quod enim
prætermus, non reſpicimus, non attingimus, ſed cōtem-
nimus. Quod uerò pertranſimus, intelligimus illud diſcu-
tere & quaſi diſqrere & penetrare, nec inutilis hæc per-
tranſitio. Paululum enim cùm pertranſiſſet inuenit dile-
ctum. Videtis fratres quid proficiat conſultatio cuſtodūꝰ
Deuotā ſed uagam aīmā ad inuētionem dilecti perducit.
Vtilis quidē cōſulatio: & frequēter qđ nō confert eorū
qui conſulūtur eruditio, conſulentis meretur humilitas.
Bonum eſt ut ſis ad quærendū ſedulus, nō tamē aſsiduus.
Nam & ſponſa non tam ex ſtudio quàm occaſione cuſto-
des interrogat, & id in trāſitu. Trahebat enim illā ulteriꝰ
amor dilecti, nec uacuum eſſe ſinebat ex ocio cōferre cū
illis. Currebat in cordis ſiti hauſto forſitam de ſpōſi uici-
nia ſpiritu, & ideo minus intēdebat in his qui benedice-
bant ore, tēdens ad illū qui benedicit in ſpiritu qui eſt ſu-
per oīa benedictus in ſecula deus. B Aduertite iſtud
uos qui in trāſitu oratis, & cum mora legitis, qui ad legen-
dum feruetis, in orādo tepetis, debet lectio orationi ſer-
uire, præparare affectū, nō horas præripere, nec ſuccidere
moras. Cū legis, erudiris de Chriſto: orans erò familiare
cum ipſo ſeris colloquiū. Et quāto ſuauioris eſt gratiæ cū
illo quàm de illo loquiꝰ Siquidā ſpiritualium detrimēta
ſuſtinent uiſitationū propter orandi raritatē qui lectioni
uehemētius uacant, qđ dicemus de his quos aut in diſci-
plinatæ collocutiones diſſolouūt, uel anxiæ quæſtiones
ſcindūtꝰ Deniq́ꝫ monachorū eſt nō colloquiū ſed ſilētiū,
non quæſtiones, ſed quietem ſectari. Aut ſi admittēda eſt
inquietudo, dilectionis eſſe debet, nō contētionis. Habet
enim amor ſanctꝰ inquietudinē ſuā, ſed qualē legis apud Eſa.62.
prophetā: Nō tacebo & nō quieſcā, donec egrediatur ut
ſplendor iuſtus, & ſaluator ut lampas accendatur. An nō Cant.3.
ſimilē animi ſui paſsionē intimat iſta cùm dicit: Cùm per-
trāſiſſe illosꝰ Ferebatur impetu feruētis amoris, ideoq́ꝫ
pertranſiſſe ſe perhibet, quaſi auiditate & deſiderio ſup-
grediens quicquid dici poterat. Cùm pertrāſiſſem illos,
inueni quem diligit aīa mea. Pertranſiuit illos uel euēti-
lando doctrinā, uel æſtimādo naturā. Pertrāſiuit & quod
potuit ab illis dici, & quod potuit in illis conſpici. Quili-
bet eñ ſint cuſtodes iſti, licet cherubim īterpreteris, licet
ſeraphim, non poſſunt totum quod de Chriſto eſt nec elo- Eccl.1.
quendo depromere, nec æmulando exprimere. Cūctæ res
difficiles, nec ualet homo eas explicare ſermone. Si tanta
difficultas eſt in rebꝰ cōditis, rerū autorē quis iudicabit
uel dignè uel plenèꝰ Ideo dicit: Cū pertrāſiſſem illos. C
Vtinā nos tales ſimus auditores uerbi dei, qui nō ſuccū-
bamus his quæ dicuntur, uel tardante ingenio, uel tepēte
uoto: ne nos illa pertranſeant, ne noſtrā excedant tam aui-
ditatē quàm capacitatē, ſed magis docentis quàm cōmo-
nentis pertrāſeamus conatū, maiora etſi nondū cāpiētes,
conijciētes tamen, aut certè cōcupiſcētes. Quadā enim ra-
tiōe pertrāſit qđ ſibi ꝓponitur q ampliora ſectať, quāuis
non cōſequatur ſtatim. Spōſa uerò cōſecuta eſt, propter
quod electa decantat. Cùm pertrāſiſſem illos, inueni quē
diligit aīa mea. Quidni pertrāſeat illos quorū & ſcientiæ
eſt numerus, & naturæ modusꝰ Ille uerò qui quæriť, ma-
gnus & immenſus: & nō æſtimabiť alius ad illū. Nō ergo
poteſt alieno documēto aut exēplo ex æquo perpēdi. Re-
liqui oēs pertrāſibiles ſūt, ſolus ipſe ꝑtranſiri nō poteſt.
Deniq́ꝫ dicit: Trāſite ad me omnes qui cōcupiſcitis me, Eccl.24.
& à generationibus meis adimplemini. Tranſite, inquit,